columbaria. 3. SCABIOSA corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis, crenatis, caulinis pinnatis ſetaceis. *Sp. pl.* 143. *Fl. ſuec.* 118. *dan.* 314.
Scabioſa minor. *Cam. epit.* 711. ſ. Columbaria. *Ger. em.* 719.
Scabioſa minor campeſtris. *Park.* 484. *R. ſyn.* 191.
Scabioſa capitulo globoſo major et minor. *B. pin.* 270.
Succiſa foliis imis ovatis, ſuperioribus pinnatis, pinnis ſemipinnatis acutis, ciliis floſculorum longitudine. *Hall. hiſt.* 202.

Anglis,

Anglis, ſmall Scabious.
Habitat *in pratis et paſcuis, ſolo calcareo.* ♃. VI.—VIII.

** *Flores monopetali, monocarpi, inferi.*

CENTUNCULUS. 145.

Cal. quadrifidus. *Cor.* quadrifida, patens. *Stam.* brevia *Caps.* unilocularis, circumſciſſa.

1. CENTUNCULUS. *Cat. giſs.* 161. *t.* 5. *R. ſyn.* 1. *Sp. pl.* 169. *Hall. hiſt.* 627. *Fl. Dan.* 177. *minimus.*
Anagallis paludoſa minima, foliis ſubrotundis alternis. *Vaill. paris.* 12. *t.* 4. *f.* 2.
Alſine paluſtris minima, floſculis albis, fructu coriandri exiguo. *Mentz. pug. t.* 4. *f.* 5.
Anglis, ſmall Centunculus.
Habitat *in locis arenoſis ſubhumidis.* Hounſlow-heath. D. Watſon. *in paſcuo ante vicum* Chiſſelhurſt. *R. ſyn. prope* Hampton-court. ⊙. VI.

PLANTAGO. 142.

Cal. quadrifidus. *Cor.* quadrifida: limbo reflexo. *Stamina* longiſſima, *Caps.* bilocularis, circumſciſſa.

1. PLANTAGO foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. *Sp. pl.* 163. *Fl. dan.* 461. *major.*
Plantago foliis petiolatis, ovatis, glabris, ſpica cylindrica. *Hall. hiſt.* 660.
Plantago latifolia. *Ger. em.* 419. ſinuata. *B. pin.* 189.
Plantago latifolia vulgaris. *Park.* 493. *R. ſyn.* 314.
β Plantago latifolia glabra minor. *B. pin.* 189. *R. ſyn.* 314.
γ Plantago major panicula ſparſa. *B. hiſt. III.* 503. *R. ſyn.* 314.
δ Plantago latifolia roſea, foliis quaſi in ſpica diſpoſitis. *B. pin.* 181.
Anglis, great γ beſom δ roſe Plantain.
Habitat *in pratis et ad vias ubique.* ⊙. V—VIII.
Pharmac. Plantaginis *Herba*, *Semina.*

2. PLANTAGO foliis ovato-lanceolatis pubeſcentibus, *media.*
ſcapo

ſcapo tereti, ſpica cylindrica. *Sp. pl.* 163. *Hall.* 472. *Fl. dan.* 581.
Plantago major incana. *Park.* 493. *R. ſyn.* 314.
Plantago incana. *Ger. em.* 419.
Plantago latifolia incana. *B. pin.* 189.
Anglis, hoary Plantain.
Habitat *in paſcuis et pratis, ſolo calcareo.* ♃. V—VIII.

lanceolata. 3. PLANTAGO foliis lanceolatis, ſpica ſubovata nuda, ſcapo angulato. *Sp. pl.* 164. *Hall. hiſt.* 656. *Fl. dan.* 437.
Plantago quinquenervia. *Ger. em.* 422. *R. ſyn.* 314. major. *Park.* 495.
Plantago anguſtifolia major. *B. pin.* 189.
β Plantago anguſtifolia minor. *Tab. ic.* 732. *Ger.* 420.
Anglis, Ribwort-plantain.
Habitat *in pratis et paſcuis.* ♃. VI.

maritima. 4. PLANTAGO foliis linearibus ſubintegerrimis baſi lanatis, ſpica cylindrica, ſcapo tereti.
Plantago foliis ſemicylindraceis integerrimis baſi lanatis, ſcapo tereti. *Sp. pl.* 165. *Fl. dan.* 243.
Coronopus. *Ger. em.* 425. maritima major. *B. pin.* 190.
lœflingia. β Plantago foliis linearibus ſubdentatis, ſcapo tereti, ſpica cylindrica, bracteis carinatis membranaceis. *Fl. angl.* 52. *Sp. pl.* 166. *Lœfl. hiſp.* 124.
Plantago marina. *Ger. em.* 423. *R. ſyn.* 315. vulgaris. 498.
γ Plantago alpina anguſtifolia. *B. hiſt. III.* 506. *R. ſyn.* 315.
Anglis, ſea, β narrow, γ. mountain Plantain.
Habitat *in littoribus maritimis.* γ *in rupibus* Tryghfylchau *prope* Llanberis *R. Syn. in montibus prope* Settle *in comitatu* Eboracenſi. ♃. VII. VIII.
Obſ. *Folia in* α *linearia craſſa ſubinde ſubtus convexa. in* γ *Folia ſubinde rariter dentata in* δ *rigidiuſcula acuta et in aridis involuta. Spica variat in aridis oblonga et in plantis minimis ſubrotunda.*

Coronopus. PLANTAGO foliis linearibus pinnato-dentatis, ſcapo tereti. *Fl. angl.* 52. *Dan.* 272.

Plantago

Plantago foliis linearibus dentatis, ſcapo tereti. *Sp. pl.* 166. *Fl. Suec.* 134.
Plantago foliis ſubhirſutis, ſemipinnatis, pinnis raris lanceolatis. *Hall. hiſt.* 658.
Plantago foliis laciniatis, Coronopus dicta. *R. ſyn.* 315.
Coronopus vulgaris ſ. Cornu cervinum. *Park.* 502.
Coronopus ſylveſtris hirſutior. *B. pin.* 190.
Cornu Cervinum. *Ger. em.* 316.
β Plantago coronopus dicta, foliis hirſutioribus magis laciniatis, capitulis brevibus laxis. *Blackſ. ſpec.* 76.
γ Plantago graminea folio hirſuto minor, capitulo rotundo brevi. *R. ſyn.* 316.
Anglis, Buckſhorn-plantain, Star of the Earth.
Habitat *in glareoſis*, γ *in pratis aridis maritimis.* ☉. VI—VIII.
Pharmac. Coronopi *Herba.*
Obſ. Folia *in* γ. *linearia integerrima, hirſuta, ſpica ſubrotunda.*

*** *Flores monopetali, monocarpi ſuperi.*

SANGUISORBA. 146.

Cal. diphyllus. *Germen* inter calycem corollamque.

1. SANGUISORBA ſpicis ovatis. *Sp. pl.* 169. *Fl. Dan.* 97. *officinalis.*
Sanguiſorba major flore ſpadiceo. *B. hiſt. III.* 120. *R. ſyn.* 203.
Pimpinella tetraſtemon, ſpica brevi. *Hall. hiſt.* 705.
Pimpinella ſylveſtris. *Ger. em.* 1045.
Pimpinella major vulgaris. *Park.* 582.
Pimpinella ſanguiſorba, major. *B. pin.* 160.
Anglis, meadow ſanguiſorba, or Burnet-ſaxifrage.
Habitat *in pratis et paſcuis ſubhumidis.* ♃. VII. VIII.

**** *Flores monopetali, dicocci, ſuperi.* Stellatæ.

RUBIA. 127.

Cor. monopetala, campanulata. *Baccæ* duæ, monoſpermæ.

1. RUBIA foliis perennantibus ellipticis, ſupra lævibus. *Syſt. nat.* 119. *peregrina.*
Rubia foliis quaternis. *Sp. pl.* 158. *Fl. angl.* 54.

Rubia foliis ellipticis, asperis, quinis senisque. *Hall. hist.* 708.
Rubia sylvestris. *Park.* 274.
Rubia sylvestris aspera, quae sylvestris Dioscoridis. *R. syn.* 223.
Anglis, wild Madder.
Habitat *in rupe* S. Vincentii *prope* Bristolium *et in* Devonia *frequens.* R. syn. *prope* Exmouth *copiose.* ♃. VI. VII.
Obs. *variat* Foliis *a quatuor ad octo lanceolatis.* Corolla *pentaphylla*; Staminibus *quinque*; *nimis affinis* Rubiae tinctorum. *an vere distincta sit species?*

SHERARDIA. 120.

Cor. monopetala infundibuliformis. Semina duo, tridentata.

arvensis. 1. SHERARDIA foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *Sp. pl.* 149. *Fl. dan.* 439.
Sherardia foliis senis, lanceolatis, floribus sessilibus, umbellatis. *Hall. hist.* 734.
Rubeola arvensis repens caerulea. *B. pin.* 334. *R. syn.* 225.
Rubia minor pratensis caerulea. *Park.* 276.
Anglis, little Sherardia or Field-madder.
Habitat *in arvis.* ☉. V—VIII.

ASPERULA. 121.

Cor. monopetala, infundibuliformis, *sem.* duo. globosa.

odorata. 1. ASPERULA foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis. *Sp. pl.* 150. *Dalib. paris.* 46. *F. dan.* 562.
Asperula caule erecto, foliis octonis; petiolis ramosis erectis, seminibus hirsutis. *Hall. hist.* 728.
Asperula. *Ger. em. II.* 24. *R. syn.* 224. odorata. *Park.* 563. flore albo. *Dod. pempt.* 355.
Asperula s. Rubeola montana odorata. *B. pin.* 334.
Anglis, sweet Woodroof.
Habitat *in sylvis et umbrosis.* ♃. V.
Pharmac. Asperulae odoratae *Herbae.*

cynanchica. 2. ASPERULA foliis quaternis linearibus: superioribus oppositis;

oppositis; caule erecto; floribus quadrifidis. *Sp. pl.* 151.
Asperula caule flaccido, foliis linearibus quaternis, umbellulis petiolatis. *Hall. hist.* 729.
Asperula repens Gesneri s. Saxifraga altera Cæsalpini. *Park.* 453.
Rubia cynanchica. *B. pin.* 333. *hist. III.* 723.
Rubiola vulgaris quadrifoliâ lævis, floribus purpurantibus. *Tourn.* 130. *R. syn.* 225.
Anglis, small Woodroof or Squinancy-wort.
Habitat *in pratis montosis siccioribus, præsertim cretaceis.* ♃. VI. VII.

GALIUM. 125.

Cor. monopetala plana. *Sem.* duo, subrotunda.

* *Fructu glabro.*

1. GALIUM foliis inferioribus quaternis, obovatis, superioribus senis linearibus, caule diffuso. *palustre.*
Galium foliis quaternis obovatis inæqualibus, caulibus diffusis. *Sp. pl.* 153. *Fl. suec.* 126. *dan.* 423.
Galium caule radicato diffuso, foliis ovatis, obtusis, quaternis. *Hall. hist.* 719.
Gallium album. *Ger. em.* 1126. *B. hist. III.* 721.
Gallium palustre album. *B. pin.* 335.
Molluginis vulgatioris varietas minor. *R. syn.* 224.
Anglis, white Ladies Bedstraw.
Habitat *in pratis et pascuis humidioribus et ad ripas fluviorum.* ♃. VII. VIII.

2. GALIUM foliis senis obovatis mucronatis glabris, caule prostrato, pedunculis trichotomis. *Fl. angl. num.* 56. *montanum.*
Galium caule angulofo, foliis senis, subasperis, aristatis. *Hall. hist.* 715.
Gallium album minus. *Pet. Herb. br. t.* 30. *f.* 6.
Mollugo montana minor Gallio albo similis. *R. hist. I.* 482. *syn.* 224. *Hist. Ox. III.* 331.
Anglis, mountain Ladies Bedstraw.
Habitat *in ericetis, montosis.* ♃. VII. VIII.

spurium. 3. GALIUM foliis senis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis simplicibus, fructibus glabris. *Sp. pl.* 154.
Aparine semine læviore. *R. Syn.* 225. *hist.* 484.
Aparine lævis. *Park.* 567.
Anglis; corn Ladies Bedstraw.
Habitat *in arvis in Insula* Thanet. *prope* Leatherhead *et alibi in comitatu* Surriensi. *et prope* Stamford. ☉. VI. VII.

uliginosum. 4. GALIUM foliis senis lanceolatis retrorsum serrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu majoribus. *Fl. Suec.* 127. *Sp. pl.* 153.
Aparine palustris minor parisiensis, flore albo. *Vaill. par.* 14. *R. syn.* 225.
Rubia quædam minor. *B. hist. III.* 2. 716.
Anglis, marsh Ladies Bedstraw.
Habitat *in pratis, pascuis et ericetis humidiusculis.* ♃. VII.
Obs. *Variat foliis septenis et octonis.*

erectum. 5. GALIUM foliis suboctonis lanceolatis aculeato-serrulatis mucronatis, paniculis trichotomis, caule scabro flaccido.
Galium austriacum. *Jac. Fl. austr.* I. 51. *t.* 80.
Anglis, upright Ladies Bedstraw.
Habitat *in pratis et pascuis subhumidis.* ♃. VI. VII.
Desc. Radix *perennis ramosa*; Caules *plures flaccidi, erectiusculi, geniculati: geniculis tumidis*; *quadranguli angulis scabriusculis*; *parum hirsuti, ramosi, ramis oppositis floriferis.* Folia *verticillata, octona, subinde sena, sessilia lanceolata et lineari-lanceolata, aculeato-serrulata, mucronata, nuda.* Panicula *terminalis trichotoma.* Flores *albi quadrifidi.* Semina *glabra, parva.*

Mollugo. 6. GALIUM foliis octonis ovato-linearibus subserratis patentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *Sp. pl.* 155. *Fl. dan.* 455.
Galium foliis octonis ellipticis, caule angulοso. *Hall. hist.* 711. *Scop. carn.* 104.
Mollugo vulgatior. *Park.* 565. *R. syn.* 223.
Rubia sylvestris. *Ger. em.* 1118. lævis. *B. pin.* 333.

Anglis,

Anglis, great Ladies Bedſtraw, or baſtard Madder.
Habitat *in ſepibus et ericetis frequens.* ♃. VI—VIII.

7. GALIUM foliis octonis hiſpidis linearibus acuminatis ſubimbricatis, pedunculis dichotomis. *Sp. pl.* 154. *pusillum.*
Rubeola ſaxatilis. *B. pin.* 334. *pr.* 145.
Aparine minima ſ. Rubia ſaxatilis minima. *Mag. mons.* 291.
Anglis, leaſt Ladies Bedſtraw.
Habitat *in montibus calcareis. prope* Kendal, *in comitatu* Weſtmorlandico. ♃. VIII.
Deſc. Radix *ramoſa perennis.* Caules *plures, digitales, ramoſi, quadranguli, angulis aculeato-ſcabris*; Folia *verticillata octona et ſeptena lanceolata et linearia, ſcabra, inferioribus imbricatis.* Panicula *ſubdichotoma.* Flores *albi. Semina parva glabra. affinis* Galio ulginoſo.

8. GALIUM foliis ſubſenis, lanceolatis, aculeato-ciliatis acuminatis, reflexis, caulibus diffuſis retrorſum aculeato-ſcabris, fructibus glabris. *anglicum.*
Aparine minima. *R. ſyn.* 225. *t.* 9. *f.* 1.
Anglis, ſmall Ladies Bedſtraw, or Gooſe-graſs.
Habitat *in muris et pratis arenoſis. inter* Dartford *et* Northfleet, *et ſupra murum in oppido* Farningham *in agro Cantiano.* ☉. VI. VII.
Deſc. Radix *annua ramoſa.* Caules *pedales et ſeſquepedales diffuſi, tetragoni, angulis retrorſum aculeato-ſcabris; geniculati ramoſi, ramis alternis, floriferis oppoſitis.* Folia *verticillata ſena et ſeptena reflexa lanceolata et lineari-lanceolata, margine aculeato-ciliata, acuminata, nuda.* Panicula *terminalis, pedunculi trichotomi,* Flores *viridi-lutei, tetrapetali, parvi.* Semina *duo, corolla majora, glabra.*

9. GALIUM foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis brevibus. *Sp. pl.* 155. *Mat. med.* 46. *verum.*
Galium foliis linearibus peranguſtis, octonis, racemis multifloris ſpicatis. *Hall. hiſt.* 710.
Galium luteum. *Ger. em.* 1126. *Park.* 565. *B. pin.* 335. *R. ſyn.* 224. *Mill. Ic.* 125.
Anglis, yellow Ladies Bedſtraw, or Cheeſe-rening.

Habitat *in pratis et ad margines viarum agrorumque frequens.* ♃. VII. VIII.
Pharmac. Galii *Herba.*

** *Fructu hispido.*

boreale. 10. GALIUM foliis quaternis lanceolatis trinerviis glabris, caule suberecto, seminibus hispidis. *Sp. pl.* 156. *Hall. hist.* 722. *Scop. carn.* 102.
Rubia pratensis lævis, acuto folio. *B. pin.* 333.
Mollugo montana erecta quadrifolia. *R. syn.* 224.
Anglis, cross-leaved Ladies Bedstraw.
Habitat *in pratis montosis, in* Westmorlandia *et* Cambria, *prope* Kirby-Lonsdale, *supra Pontem, in rupibus prope* Llanberys. ♃. VII. VIII.

aparine. 11. GALIUM foliis octonis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructu hispido. *Sp. pl.* 157. *Fl. dan.* 495.
Galium caule serrato, foliis senis linearibus, serratis, petiolis unifloris. *Hall. hist.* 723.
Aparine. *Ger. em.* 1122. *Dod. pempt.* 353. *R. syn.* 225. vulgaris. *Park.* 567. *B. pin.* 334.
Anglis, common Ladies Bedstraw, Goose-grass or Cleavers.
Habitat *in cultis et ruderatis frequens.* ☉. V.—VIII.
Pharmac. Aparines *Herba.*

Flores tetrapetali superi.

CORNUS. 149.

Involucrum tetraphyllum sæpius. *Petala* supera quatuor. *Drupa* nucleo biloculari.

sanguinea. 1. CORNUS arborea, cymis nudis. *It. W-goth.* 32. *Sp. pl.* 171. *Hall. hist.* 816. *Fl. dan.* 481.
Cornus femina. *Ger. em.* 1467. *Park.* 1521. *B. pin.* 447. *R. Syn.* 460.
Anglis, female Cornel, Dog-berry, Gatter or Prickwood Tree.
Habitat *in sylvis et sepibus.* ♄. VI.

2. COR-

2. CORNUS herbacea, ramis binis. *Fl. lapp.* 65. *t.* 5. *f.* 3. *Sp. pl.* 171. *Fl. dan.* 5. *herbacea.*
Cornus pumila herbacea, Chamæpericlymenum dicta. *Dill. elth.* 108. *t.* 19.
Chamæpericlymenum. *Ger. em.* 1296. *Park.* 1461. *R. Syn.* 261.
Periclymenum. humile. *B. pin.* 302.
Anglis, herbaceus Cornel.
Habitat *in pratis et pascuis*; *in* Northumbriæ *montibus* Cheviot icis *dictis. R. Syn. in* Pickering-moor, *et prope* Tadcaster *in comitatu* Eboracensi. ♃. VI. VII.

Flores incompleti, inferi.

ALCHEMILLA. 165.

Calyx octofidus. *Cor.* O. *Sem.* unicum.

1. ALCHEMILLA foliis lobatis. *Sp. pl.* 178. *vulgaris.*
Alchemilla foliis serratis, palmatis, seminovemfidis. *Hall. hist.* 1566.
Alchemilla. *Ger. em.* 499. *R. Syn.* 158. vulgaris. *B. pin.* 319.
Alchemilla major vulgaris. *Park.* 538.
β Alchemilla foliis lobatis pubescentibus. minor.
Alchemilla alpina pubescens minor. *Tourn.* 508. *Pluk. ph. t.* 240. *f.* 1.
Anglis, common β least Ladies Mantle.
Habitat *in pratis et pascuis montosis.* ♃. VI.—VIII.
Pharmac. Alchemillæ *Herba.*

2. ALCHEMILLA foliis digitatis serratis. *Sp. pl.* 179. *Fl. dan.* 49. *alpina.*
Alchemilla alpina pentaphyllos. *R. syn.* 158.
Pentaphyllum petrosum, Heptaphyllum, Clusii. *Ger. em.* 988.
Tormentilla alpina folio sericeo. *B. pin.* 326.
Tormentilla argentea. *Park.* 393.
Anglis, cinquefoil Ladies Mantle.
Habitat *in montosis. In rupibus juxta stagnum* Hulswater *dictum inveni, non longe a* Penrith Cumberlandiæ *oppido*; *non procul a* Kendal *in* Westmorlandia,

landia, *in vallicula umbrosa* Longsledale *dicta*. D. Richardson. *R. syn.* ♃. VII.

APHANES. 166.

Cal. quadrifidus. *Cor.* O. Pist. unicum. *Sem.* duo, nuda.

arvensis. 1. APHANES. *Fl. suec.* 143. *Sp. pl.* 179. *Gron. vir.* 17.
Alchemilla hirsuta, foliis trilobatis, lobis bipartitis et tripartitis. *Hall. hist.* 1569.
Percepier anglorum. *Lob.* 727. *Ger. em.* 1594. *R. syn.* 159.
Polygonum selinoides. *Park.* 449.
Chærophyllo nonnihil similis. *B. pin.* 152.
Anglis, Pursley-pierl.
Habitat *in arvis et pascuis glareosis*. ⊙. V.—VIII.

DIGYNIA.

BUFONIA. 168.

Cal. tetraphyllus. *Cor.* tetrapetala. *Caps.* unilocularis disperma.

tenuifolia. 1. BUFONIA. *Sp. pl.* 179. *Sauv. monsp.* 141. *Gouan. Fl. monsp.* 145. *Læft. it.* 44.
Alsine polygonides tenuifolia, flosculis ad longitudinem caulis velut in spicam dispositis. *Pluk. ph. t.* 75. *f.* 3. *R. syn.* 346.
Herniaria angustissimo gramineo folio erecta. *Magn. hort.* 97. *t.* 97.
Anglis, small Buffonia.
Habitat *in maritimis circa* Bostoniam *agri* Lincolniensis. *R. syn.* ⊙. V. VI.

TETRA-

TETRAGYNIA.

SAGINA. 176.

Cal. tetraphyllus. *Petala* quatuor. *Capſ.* quadrilocularis, quadrivalvis.

1. SAGINA ramis procumbentibus, petalis breviſſimis. *Sp. pl.* 185. *Ard. ſp. II.* 23. *t.* 8. *f.* 2. *procumbens.*
Alſine tetraſtemon, foliis connatis, lanceolatis. *Hall. hiſt.* 861.
Alſinella muſcoſo flore repens. *Cat. giſſ.* 81. *R. ſyn.* 345.
Saxifraga anglicana alſine folio. *Ger. em.* 568.
Caryophyllus minimus muſcoſus noſtras. *Park.* 1340.
β Sagina caule erectiuſculo pubeſcente, floribus alternis apetalis. *Mantiſſ. II.* 559. apetala.
Sagine caulibus erectis, radice annua, floribus apetalis. *Ard. ſpec. II.* 22. *t.* 8. *f.* 1.
Saxifraga anglica alſinesfolia annua. *Plot. Ox. t.* 9. *f.* 7. *R. ſyn.* 345.
Alſine ſaxifraga graminifolia, floſculis tetrapetalis herbidis et muſcoſis. *Pluk. ph. t.* 74. *f.* 2.
Anglis, procumbent Pearl-work.
Habitat *in muris et pratis arenoſis ubique.* ⊙. V.—VIII.
Obſ. *variat floribus apetalis.*

2. SAGINA caule erecto unifloro triflorove. *Sp. pl.* 185. *erecta.*
Alſinella foliis caryophylleis. *Cat. giſſ.* 47. *R. ſyn.* 344. *t.* 15. *f.* 4.
Alſine verna glabra. *Vaill. pariſ.* 6. *t.* 3. *f.* 2.
Anglis, upright Pearl-wort or leaſt Stickwort.
Habitat *in paſcuis et ericetis glareoſis.* ⊙. V.

TILLÆA. 177.

Cal. tripartitus. *Petala* tria, *Capſ.* tres, polyſpermæ.

1. TILLÆA procumbens. *Sp. pl.* 186. *muſcoſa.*
Tillæa muſcoſa annua perfoliata. *Mich. gen.* 22. *t.* 20.
Craſſula foliis ſeſſilibus connatis, floribus aggregatis in foliorum alis. *Guett. ſtamp. I.* 97.

Polygonum

Polygonum mufcofum minimum. *Bocc. fic.* 59? *t.* 29.
Anglis, procumbent Tillæa.
Habitat *in pratis et ericetis arenofis*; *in ericetis* Drayton *et* Mufhold *in comitatu* Norfolk. D. Rofe. *circa* Bury *in comitatu* Suffolkienfi. D. Cullum. ♃. V. VI.

POTAMOGETON. 174.

Cal. O. *Petala* quatuor. *Stylus* nullus. *Sem.* quatuor.

natans. 1. POTAMOGETON foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus. *Sp. pl.* 182. *Fl. fuec.* 145.
Potamogeton foliis firmis, petiolatis; ovatis natantibus. *Hall. hift.* 843.
Potamogiton rotundifolium. *B. pin.* 193. *R. fyn.* 148.
Potamogiton latifolium. *Ger. em.* 821.
Fontinalis major latifolia vulgaris. *Park.* 1254.
Anglis, broad-leaved Pondweed.
Habitat *in fluviis et ftagnis frequens.* ♃. VII.

perfoliatum. 2. POTAMOGETON foliis cordatis amplexicaulibus. *Sp. pl.* 182. *Fl. fuec.* 145. *dan.* 196.
Potamogiton perfoliatum. *R. hift.* 181. *fyn.* 149.
Potamogiton foliis tenuibus, cordatis, amplexicaulibus. *Hall. hift.* 845.
Potamogiton foliis latis fplendentibus. *B. pin.* 193.
Potamogeton tertium. *Dod.* 582. *Ger. em.* 122.
β Potamogiton rotundifolium alterum. *Lofel. fl. pr.* 205. *t.* 65. *Hall. hift.* 844.
Anglis, perfoliate Pondweed.
Habitat *in fluviis frequens.* ♃. VI. VIII.

lucens. 3. POTAMOGETON foliis lanceolatis planis in petiolos definentibus. *Sp. pl.* 183. *Fl. dan.* 195.
Potamogeton foliis tenuibus, longiffime lanceolatis. *Hall. hift.* 847.
Potamogiton longis acutis foliis. *Ger. em.* 822.
Potamogiton foliis anguftis fplendentibus. *B. pin.* 193.
Potamogiton aquis immerfum folio pellucido, lato, oblongo acuto. *R. fyn.* 148.
Anglis, fhining Pondweed.
Habitat *in fluviis et lacubus.* ♃. VI. VII.

4. POTA-

4. POTAMOGETON foliis lanceolatis alternis undulatis ferratis. *Sp. pl.* 183. *Hall. hift.* 848. *crifpu*
Potamogiton f. Fontinalis crifpa. *B. hift. III.* 788. *R. fyn.* 149.
Potamogiton foliis crifpis f. lactuca ranarum. *B. pin.* 193.
Tribulus aquaticus minor Quercûs floribus. *Ger. em.* 824.
Tribulus aquaticus minor prior. *Park.* 1248.
Anglis, curled Pondweed, or greater Water-caltrops.
Habitat *in fluviis, foffis et ftagnis.* ♃. V. VI.

5. POTAMOGETON foliis lanceolatis oppofitis fubundulatis, ferrulatis. *Sp. pl.* 183. *ferratum.*
Potamogeton foliis lanceolatis obfcure undulatis, caulibus longe ramofis. *Guett. Stamp. I.* 102.
Potamogeton foliis tenuibus ellipticis, nervis convergentibus. *Hall. hift.* 846.
Potamogeton folio angufto pellucido fere gramineo. *Doody. R. Syn.* 148.
Potamogiton altera. *Dod.* 582.
Potamogiton longo ferrato folio. *B. pin.* 193.
Anglis, ferrated Pondweed.
Habitat *in fluviis et ftagnis.* ♃. VI.
Obf. *Foliis fuperioribus oppofitis, fubinde inferioribus alternis. nimis affinis præcedenti.*

6. POTAMOGETON foliis ovatis acuminatis oppofitis confertis, caulibus dichotomis, fpica quadiflora. *Sp. pl.* 182. *denfum.*
Potamogeton caule dichotomo, foliis conjugatis ellipticis, complicatis imbricatis. *Hall. hift.* 849.
Potamogiton f. Fontalis media lucens. *B. hift. III.* 777? *R. fyn.* 149.
Potamogiton foliis crifpis f. Lactuca ranarum. *B. pin.* 193.
Tribulus aquaticus minor Mufcatellæ floribus. *Ger. em.* 823.
Tribulus aquaticus minor alter. *Park.* 1248.
Anglis, dichotomus Pondweed.
Habitat *in foffis, ftagnis, fluviis.* ♃. V. VI.

7. POTAMOGETON foliis linearibus obtufis, caule compreffo. *Sp. pl.* 183. *Fl. fuec.* 149. *Dan.* 203. *compref-fum.*

Potamogeton

Potamogeton caulibus compressis, foliis gramineis lanceolatis, spicis paucifloris. *Hall. hist.* 851.
Potamogiton caule compresso, folio graminis canini. *R. syn.* 149. *Hist.* 189.
Anglis, flat Pondweed.
Habitat *in fluviis leniter fluentibus et fossis: prope* Cambridge. *R. syn. circa* Stains, Middlesex *copiose.* ♃. VI. VII.

gramineum. 8. POTAMOGETON foliis lineari-lanceolatis alternis sessilibus stipula latioribus. *Sp. pl.* 184. *Fl. dan.* 222.
Potamogeton foliis gramineis, petiolis erectis, vaginis laxis, numerosissimis. *Hall. hist.* 850.
Potamogiton gramineum latiusculum, foliis et ramificationibus densissime stipatis. *Buddl. Hort. Sic. Vol.* 27. *R. syn.* 149. *t.* 4. *f.* 3.
Potamogiton gramineum latifolium. *Fl. pr.* 206. *t.* 66. *R. syn.* 149.
Potamogiton gramineum latum. *Pet. H. br. t.* 5. *f.*
Anglis, grassy Pondweed.
Habitat *in fluviis et fossis. prope* Deptford. ♃. VII.

pectinatum. 9. POTAMOGETON foliis setaceis parallelis approximatis distichis. *Sp. pl.* 183. *Fl. suec.* 150.
Potamogiton millefolium, seu foliis gramineis ramosum. *R. syn.* 150.
Potamogiton gramineum ramosum. *B. pin.* 193. *pr.* 101.
Potamogiton fluviatile longissimo gramineo folio nostras. *Pluk. Mant.* 155. *Amalth.* 177. *R. syn.* 150.
Millefolium tenuifolium. *Ger. em.* 828.
Anglis, fine Pondweed.
Habitat *in fluviis.* ♃. VI. VII.

setaceum. 10. POTAMOGETON foliis lanceolatis oppositis acuminatis. *Roy. lugdb.* 213. *Sp. pl.* 184.
Potamogiton ramosum angustifolium. *B. pin.* 193.
Anglis, setaceous Pondweed.
Habitat *in fossis turfossis in comitatu* Lancastriensi. ♃. VII. VIII.

marinum. 11. POTAMOGETON foliis linearibus alternis distinctis

tinctis inferne vaginantibus. *Sp. pl.* 184. *Fl. dan.* 186.

Potamogeton caule tereti, foliis linearibus planis, ſpica multiflora, ſeneſcente longiſſima et interrupta. *Hall. hiſt.* 853.

Potamogeton ingens gramineo folio longiori. *Vaill. paris. t.* 32. *f.* 3.

Potamogiton maritimum ramoſiſſimum, grandiuſculis capitulis, capillaceo folio noſtras. *Pluk. ph. t.* 216. *f.* 5. *R. ſyn.* 150.

Anglis, ſea Pondweed. *Pet. H. br. t.* 5. *f.* 13.

Habitat *in foſſis maritimis. In inſula* Shepey *abunde.* ♃. VII. VIII.

12. POTAMOGETON foliis linearibus oppoſitis alternisque diſtinctis: baſi patentibus, caule tereti. *Sp. pl.* 184. *Gouan. Fl. monſp.* 148. *puſillum.*

Potamogeton caule tereti, foliis peranguſtis, ſpicis paucifloris minimis. *Hall. hiſt.* 852.

Potamogiton puſillum, gramineo folio, caule tereti. *R. ſyn.* 150. *hiſt.* 190.

Potamogiton minimum capillaceo folio. *B. pin.* 193.

Potamogiton puſillum, gramineo folio breviore. *Vaill. paris. t.* 32. *f.* 4.

Anglis, ſmall Pondweed. *Pet. h. br. t.* 5. *f.* 11.

Habitat *in foſſis et ſtagnis.* ♃. VI—VIII.

RUPPIA. 175.

Cal. 0. *Cor.* 0. *Sem.* quatuor pedicellata.

1. RUPPIA. *It. W-goth.* 186. *Sp. pl.* 184. *Fl. ſuec.* 154. *maritima.*

Buccaferra maritima foliis acutiſſimis. *Mich. gen.* 72. *t.* 35.

Potamogiton maritimum gramineis longioribus foliis fructu fere umbellato. *Pluk. Alm.* 305. *R. ſyn.* 135.

Potamogiton maritimum puſillum alterum, ſeminibus ſingulis longis pediculis inſidentibus. *Pluk. ph. t.* 248. *f.* 4.

Anglis, ſea Ruppia.

Habitat *in foſſis maritimis, in inſula* Shepey *copioſe.* ♃. VII. VIII.

Classis V.

PENTANDRIA
MONOGYNIA.

* *Flores monopetali, inferi, tetraspermi.* Asperifoliæ.

MYOSOTIS. 180.

Cor. hypocrateriformis, quinquefida, emarginata: fauce clausa fornicibus.

scorpioides. 1. MYOSOTIS seminibus nudis, foliorum apicibus callosis. *Sp. pl.* 188. *Vir. cliff.* 149. *Fl. dan.* 583.
arvensis. Myosotis foliis hirsutis. *Hort. cliff.* 46.
Myosotis scorpioides hirsuta. *Ger. em.* 337. *Park.* 691. *R. syn.* 229.
Scorpiurus annuus, radice exigua. *Hall. hist.* 590.
Echium scorpioides arvense. *B. pin.* 254.
β. Myosotis scorpioides hirta minor. *Mer. pin. R. syn.* 229.
Echium scorpioides minus flosculis luteis. *B. pin.* 254.
γ. Myosotis scorpioides latifolia hirsuta. *Mer. pin. R. syn.* 229. *t.* 9. *f.* 2.
palustris. δ Myosotis foliis glabris. *Hort. cliff.* 46.
Myosotis scorpioides palustre. *Ger.* 337. *R. syn.* 229.
Scorpiurus radice longa fibrata perenni. *Hall. hist.* 591.
Echium scorpioides palustre. *B. pin.* 254.
Anglis, mouse-ear Scorpion-grass.
Habitat *in pratis aridis,* δ *in fossis, et ad scaturigines et fontes.* ♃. IV—VIII.

LITHOSPERMUM. 181.

Cor. infundibuliformis fauce perforata, nuda. *Cal.* quinquepartitus.

1. LITHOS-

1. LITHOSPERMUM ſeminibus lævibus, corollis vix calycem ſuperantibus, foliis lanceolatis. *Sp. pl.* 189. *officinale.*
Lithoſpermum caule erecto, ramoſiſſimo, floribus vix calycem ſuperantibus. *Hall. hiſt.* 595.
Lithoſpermum minus. *Ger. em.* 609. *Matth.* 918.
Lithoſpermum vulgare minus. *Park.* 432.
Lithoſpermum majus erectum. *B. pin.* 258.
Lithoſpermum ſ. milium ſolis. *B. hiſt. III.* 590. *R. ſyn.* 228.
Anglis, common Gromwell or Greymill.
Habitat *in nemoroſis et locis aridis, ſolo calcareo, in ſylva* Charlton Wood *dicta in* Cantio ; D. Wilmer ; ♃. V. VI.
Pharmac. Lithoſpermi *Semina.*

2. LITHOSPERMUM ſeminibus lævibus, corollis calycem multoties ſuperantibus. *Sp. pl.* 190. *Jac. Auſtr. I. t.* 14. *purpuro-cæruleum.*
Lithoſpermum caulibus decumbentibus radicatis, ramis floralibus erectis. *Hall. hiſt.* 596.
Lithoſpermum majus. *Ger. em.* 609.
Lithoſpermum vulgare majus. *Park.* 258.
Lithoſpermum minus repens latifolium. *B. pin.* 258.
Lithoſpermum majus. *Dodon.* 83. flore purpureo, ſemine Anchuſæ. *B. hiſt. III.* 572. *R. ſyn.* 229.
Anglis, creeping Gromwell.
Habitat *in paſcuis montoſis et nemoroſis. On the top of a buſhy hill near* Denbigh *in* Wales, *near* Taunton *in* Somerſetſhire. *R. ſyn.* ♃. V.

3. LITHOSPERMUM ſeminibus rugoſis, corollis vix calycem ſuperantibus. *Sp. pl.* 190. *Fl. dan.* 456. *arvenſe.*
Lithoſpermum arvenſe radice rubra. *Park.* 432. *B. pin.* 258. *R. ſyn.* 227. *Fl. lapp.* 73.
Heliotropium foliis lingulatis, floribus tubuloſis. *Hall. hiſt.* 594.
Anchuſa degener facie milii ſolis. *Ger. em.* 610.
Anglis, corn Gromwell or baſtard Alkanet.
Habitat *in arvis frequens.* ♃. V—VII.

ANCHUSA. 182:

Cor. infundibuliformis fauce clausa fornicibus. *Sem.* basi insculpta.

semper-virens. 1. ANCHUSA pedunculis diphyllis capitatis. *Sp. pl.* 192.
Buglossum latifolium sempervirens. *B. pin.* 256. *R. syn.* 227.
Borrago sempervirens. *Ger. em.* 797.
Anglis, evergreen Alkanet.
Habitat *in ruderatis*. *Near* Hornsplace, *near* Rochester. *R. syn. Juxta* Vauxhall *prope* Londinum, *circa* Norwich. D. Rose. ♃. V. VI.

CYNOGLOSSUM. 183.

Cor. infundibuliformis, fauce clausa fornicibus. *Sem.* depressa, inferiore tantum latere stylo affixa.

officinale. 1. CYNOGLOSSUM staminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentosis sessilibus. *Sp. pl.* 192.
Cynoglossum foliis ellipticis, lanceolatis sericeis, caule folioso. *Hall. hist.* 587.
Cynoglossum majus vulgare. *Ger. em.* 804. *Park.* 511. *B. pin.* 257. *R syn.* 226.
β Cynoglossum foliis planis, sessilibus elliptico-lanceolatis, asperis. *Hall. hist.* 588.
Cynoglossum folio virente. *B. hist. III.* 600. *R. syn.* 226.
Anglis, common Hound's-tongue.
Habitat *in ruderatis et ad vias* β *in* Essexia *frequens. In a hedge facing the road on* Stamford-hill *near* Tottenham. *R. syn.* ♃. VI.
Pharmac. Cynoglossi *Radix*.

PULMONARIA. 184.

Cor. infundibuliformis, fauce pervia. *Cal.* prysmatico-pentagonus.

1. PULMO-

1. PULMONARIA foliis radicalibus ovato-cordatis scabris. *Sp. pl.* 164. *Hall. hist.* 597. *Fl. dan.* 482. *officinalis.*
Pulmonaria foliis Echii. *Ger. em.* 808. *R. Syn.* 226.
Pulmonaria latifolia. *Park. par.* 248.
Symphytum maculosum s. Pulmonaria latifolia. *B. pin.* 259.
Anglis, common Buglofs-cowslip.
Habitat *in nemorosis. In a Wood by* Holbury-house, *in the new forest*, Hampshire. *R. Syn.* ♃. V.

2. PULMONARIA calycibus abbreviatis, foliis ovatis, caule ramoso procumbente. *Sp. pl.* 195. *Fl. Dan.* 25. *maritima.*
Cerinthe maritima procumbens. *Dill. elth.* 75. *t.* 65.
Echium marinum. *Phyt. br. R. syn.* 228.
Cynoglossum procumbens gloucophyllon maritimum nostras, floribus purpuro-cæruleis, seminibus lævibus. *Pluk. ph. t.* 172. *f.* 3.
Buglossum dulce ex Insulis Lancastriæ. *Park.* 765.
Anglis, sea Buglofs-cowslip.
Habitat *in littoribus maritimis arenosis. Near* Whitehaven *and against* Bigger *in the Isle of* Walney, *in* Lancashire, Mr. Lawson; *near* Threfarthen Anglesea, *and by the River* Euyfni, *between* Dinardinell *and* Clynog *in* Carnarvonshire, Mr. Llhwyd. *R. Syn. In* Scotia *frequens.* D. Hope. ♃. V. VI.

SYMPHYTUM. 185.

Corollæ limbus tubulato-ventricosus: fauce clausa radiis sublatus.

1. SYMPHYTUM foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. *Sp. pl.* 125. *Mat. med.* 61. *Hall. hist.* 600. *officinale.*
Symphytum majus vulgare. *Park.* 523.
Symphytum, consolida major. *B. pin.* 259. *Ger.* 806.
Symphytum flore purpureo. *Merr. pin.*
Anglis, common Comfrey.
Habitat *ad ripas fluviorum et in aquosis.* ♃. VII.
Pharmac, Consolidæ majoris. *Radix.*

BORAGO. 188.

Cor. rotata: fauce radiis clausa.

officinalis. * 1. BORAGO foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. *Sp. pl.* 197.
Borago hortensis. *Ger. em.* 797. *R. syn.* 228.
Buglossum latifolium, Borago. *B. pin.* 256.
Anglis, common Borage.
Habitat *in ruderatis et muris frequens.* ♃. VI—VIII.
Pharmac. Boraginis *Folia, Flores.*

ASPERUGO. 189.

Cal. fructus compressus, lamellis plano-parallelis, sinuatis.

procumbens. 1. ASPERUGO calycibus fructus compressis. *Sp.* 198. *Hall. hist.* 606. *Fl. dan.* 552.
Buglossum sylvestre, caulibus procumbentibus. *B. pin.* 257. *Hist. Ox. III.* 439. *t.* 26. *f.* 13.
Borago minor sylvestris. *Park.* 765.
Aparine major Plinii. *Ger. em.* 1122.
Anglis, great Goose-grass, or German Madwort.
Habitat *in ruderatis pinguibus. By* Boxley *in* Sussex, *and in* Holy Island. R. syn. 228. *prope* Purfleet *in* Essex. D. Alchorne. ⊙. IV. V.

LYCOPSIS. 190.

Corollæ tubo incurvato.

arvensis. 1. LYCOPSIS foliis lanceolatis hispidis, calycibus florescentibus erectis. *Sp. pl.* 199. *Fl. dan.* 435.
Lycopsis foliis asperrimis, undulatis, serratis, linguiformibus. *Hall. hist.* 605.
Buglossum sylvestre minus. *B. pin.* 256. *Park.* 765.
Buglossa sylvestris minor. *Ger. em.* 799. *R. syn.* 227.
Anglis, small Bugloss.
Habitat *in arvis et ad vias frequens.* ⊙. VI—IX.

ECHIUM. 191.

Corolla irregularis, fauce nuda.

1. ECHIUM

1. ECHIUM caule tuberculato-hiſpido, foliis caulinis lanceolatis hiſpidis, floribus ſpicatis lateralibus. *Sp. pl.* 200. *Scop. carn.* 129. *Fl. dan.* 445. *vulgare.*
Echium caule ſimplici erecto, foliis caulinis lanceolatis hiſpidis, floribus ſpicatis lateralibus, ſtaminibus corollam æquantibus. *Mill. Dict. ed.* 6. *Fl. angl.* 69.
Echium foliis aſperis, lingulatis, calycibus hirſutis ex ſingulis alis ſpiciferum. *Hall. hiſt.* 603.
Echium. *Matth.* 969. vulgare. *Ger. em.* 802. *Park.* 414. *B. pin.* 254. *R. ſyn.* 227.
β Echium caule ſimplici erecto, foliis lanceolato-linearibus hiſpidis, floribus ſpicatis lateralibus, ſtaminibus corolla longioribus. *Mill. Dict. ed.* 6. *Fl. angl.* 70. anglicum.
Echium alterum ſ. Lycopſis anglica. *Merr. R. ſyn.* 228.
Anglis, common Vipers-bugloſs.
Habitat *in arvis et ad vias β in pratis et paſcuis ſolo fertiliori.* ♃. VI—VIII.
Pharmac. Echii *Herba*, *Flores.*

2. ECHIUM caule erecto piloſo, ſpicis hirſutis, corollis ſubæqualibus, ſtaminibus longiſſimis. *Sp. pl.* 200. *italicum.*
Echium foliis hirtis, lingulatis, calycibus pungentibus, ſpicis laxis, paniculatis. *Hall. hiſt.* 604.
Echium flore albo. *Camer. ep.* 758.
Lycopſis. *Ger.* 802. *Park.* 519. *B. pin.* 255. *R. ſyn.* 227.
Anglis, wall Vipers-bugloſs.
Habitat *in pratis et paſcuis arenoſis. On the ſandy ground near* S. Hilary, *in* Jerſey. ♃. VII.

** *Flores monopetali inferi, angioſpermi.*

PRIMULA. 197.

Involucrum umbellulæ. *Corollæ* tubus cylindricus: ore patulo.

1. PRIMULA foliis dentatis rugoſis, ſcapo ſubunifloro, limbo corollarum plano. *Fl. dan.* 194. *vulgaris.*

 Primula

Primula foliis dentatis rugosis. scapo nullo. *Sp. pl.* 205.

Primula foliis hirsutis, rugosis, dentatis, scapis unifloris. *Hall. hist.* 608.

Primula veris minor. Ger. em. 781.

Primula veris vulgaris. *Park.* 539. *R. syn.* 284.

Verbasculum sylvarum majus singulari flore. *B. pin.* 241.

β Primula foliis rugosis dentatis, scapis multifloris, floribus exterioribus nutantibus. *Hall. hist.* 609. *Fl. dan.* 433.

Primula pratensis inodora lutea. *Ger. em.* 780. *R. syn.* 284.

Verbasculum pratense aut sylvaticum inodorum. *B. pin.* 241.

Anglis, common Primrose β Oxslips.

Habitat *in sylvis, sepibus et ericetis.* ♃. IV. V.

veris. 2. PRIMULA foliis dentatis rugosis, scapo multifloro, limbo corollarum concavo. *Sp. pl.* 204. *Fl. dan.* 434.

Primula foliis rugosis, dentatis hirsutis, scapis multifloris, floribus omnibus nutantibus. *Hall. hist.* 610.

Primula veris major. *Ger. em.* 781. *R. syn.* 284.

Verbasculum pratense odoratum. *B. pin.* 241.

Paralysis vulgaris pratensis, flore flavo simplici odorato. *Park. th.* 535. *Par.* 244.

Anglis, common Cowslips or Pagils.

Habitat *in pratis et pascuis.* ♃. IV. V.

Pharmac. Paralysis *Flores.*

farinosa. 3. PRIMULA foliis crenatis glabris, florum limbo plano. *Sp. pl.* 205. *Fl. suec.* 172. *Fl. dan.* 125.

Primula veris flore rubro. *Ger. em.* 783.

Aretia foliis glabris, ellipticis, rugosis, subtus farinosis, floribus umbellatis. *Hall. hist.* 625.

Verbasculum umbellatum alpinum minus. *B. pin.* 247. *R. syn.* 285.

Paralysis minor flore rubro. *Park. par.* 246.

Anglis, Bird's-eye.

Habitat *in paludibus montosis in comitatibus* Westmorlandico Cumberlandico *et* Eboracensi. ♃. V. VI.

MENYANTHES. 202.

Corolla hirsuta. *Stigma* bifidum. *Caps.* unilocularis.

1. MENYANTHES foliis ternatis. *Sp. pl.* 208. *Hall. hist.* 633. *Fl. dan.* 551. *trifoliata.*
   Menyanthes palustre triphyllum latifolium et angustifolium. *Tourn.* 117. *R. syn.* 285.
   Trifolium palustre. *B. pin.* 327. *Cord. hist.* 96.
   Trifolium paludosum. *Ger. em.* 1194. *Park.* 1212.
   Anglis, marsh Trefoil or Buckbean.
   Habitat *in palustribus et aquosis frequens.* ♃. VI. VII.
   Pharmac. Trifolii paludosi *Herba.*

2. MENYANTHES foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. *Sp. pl.* 207. *Fl. dan.* 339. *Nymphoides.*
   Nymphæa lutea minor flore fimbriato. *B. pin.* 194. *hist. II.* 772. *R. syn.* 368.
   Anglis, fringed Buckbean.
   Habitat *in fluviis et fossis majoribus. circa* Kingston *et* Hampton. ♃. VII.

HOTTONIA. 203.

Corolla hypocrateriformis. *Stamina* tubo corollæ imposita. *Caps.* unilocularis.

1. HOTTONIA pedunculis verticillato-multifloris. *Sp. pl.* 208. *palustris.*
   Hottonia florum verticillis spicatis. *Hall. hist.* 632.
   Hottonia *Boerh. ind. alt.* 207. *R. syn.* 285. *Fl. dan.* 484.
   Millefolium aquaticum s. Viola aquatica caule nudo. *B. pin.* 141.
   Millefolium aquaticum floridum s. Viola aquatica. *Park.* 1256.
   Viola palustris. *Ger. em.* 826.
   Anglis, Water-violet.
   Habitat *in fossis et paludibus frequens.* ♃. VII. VIII.

LYSIMACHIA. 205.

Cor. rotata. *Caps.* globosa, mucronata, decemvalvis.

* *Pedunculis multifloris.*

vulgaris. 1. LYSIMACHIA paniculata, racemis terminalibus. *Sp. pl.* 209. *Scop. Carn.* 138.
Lyſimachia foliis ovato-lanceolatis, ſpicis paniculatis. *Hall. hiſt.* 630.
Lyſimachia lutea. *Ger. em.* 474. *Hort. æſt. Ord. X. t.* 6. *f.* 3. *R. ſyn.* 282. major. *B. pin.* 246. vulgaris. *Park.* 545.
β Lyſimachia lutea foliis brevioribus et obtuſis, floribus in ſummitate congeſtis. *R. ſyn.* 282.
Anglis, yellow Looſeſtrife or Willow-herb.
Habitat *in paludibus nemoroſis et ad ripas fluviorum.* ♃. VI. VII.
Pharm. Lyſimachiæ *Herba.*

thyrſiflora. 2. LYSIMACHIA racemis lateralibus pedunculatis. *Sp. pl.* 209. *Fl. dan.* 517.
Lyſimachia ramis denſiſſimis, alaribus, folio brevioribus. *Hall. hiſt.* 631.
Lyſimachia lutea flore globoſo. *Ger. em.* 475. *Park.* 544. *R. ſyn.* 283.
Lyſimachia bifolia, flore globoſo luteo. *B. pin.* 245.
Anglis, tufted Looſeſtrife.
Habitat *in paludibus et ad ripas fluviorum ſed rarius. Near* York. *Dr. White.* Angleſea. Mr. Lhwyd. *By* Kings-Langley *in* Hertfordſhire. *Ph. br. R. ſyn.* ♃. VI.

** *Pedunculis unifloris.*

nemorum. 3. LYSIMACHIA foliis ovatis, acutis, floribus ſolitariis, caule procumbente. *Sp. pl.* 211. *Fl. dan.* 174.
Lyſimachia caule decumbente, foliis ovato-lanceolatis petiolis alaribus unifloris. *Hall. hiſt.* 628.
Anagallis lutea. *Ger. em.* 618. *R. ſyn.* 282. nemorum. *B. pin.* 252.
Anagallis flore luteo. *Park.* 558.
Anglis, wood Looſeſtrife or Pimpernel.
Habitat *in ſylvis et umbroſis humidis.* ♃. V—VII.

4. LYSIMACHIA foliis subcordatis, floribus solitariis, caule repente. *Sp. pl.* 211. *Fl. suec.* 117. *dan.* 493. *Nummularia.*
Lysimachia caule prostrato, foliis subrotundis, petiolis alaribus unifloris. *Hall. hist.* 629.
Nummularia. *Ger. em.* 630. *R. syn.* 283. vulgaris. *Park.* 555.
Nummularia major lutea. *B. pin.* 309.
Anglis, creeping Loosestrife or Moneywort.
Habitat *in pratis et pascuis humidis.* ♃. VI. VII.

5. LYSIMACHIA foliis ovatis acutiusculis, pedunculis folio longioribus, caule repente. *Sp. pl.* 211. *tenella.*
Nummularia minor flore purpurascente. *B. pin.* 310. *Park.* 555. *Ger. em.* 630. *R. syn.* 283.
Anglis, purple Loosestrife, or Moneywort.
Habitat *in ericetis et pratis humidis.* ♃. VII. VIII.

ANAGALLIS. 206.

Cor. rotata. *Caps.* circumscissa.

1. ANAGALLIS foliis indivisis, caule procumbente. *Sp. pl.* 211. *Fl carn.* 139. *Dan.* 88. *arvensis.*
Anagallis caule procumbente, foliis ovato-lanceolatis calycis segmentis lanceolatis. *Hall. hist.* 625.
Anagallis flore phœniceo. *B. pin.* 252. *Park.* 558. *R. syn.* 282.
Anagallis mas. *Ger. em.* 617. *Cam. epit.* 394.
β Anagallis phœnicea foliis amplioribus ex adverso quaternis. *Pluk. alm.* 29. *R. syn.* 282.
γ Anagallis terrestris flore albo. *R. syn.* 282.
δ Anagallis caule procumbente, foliis ovato-lanceolatis, petalis serratis, calycis foliolis subulatis. *Hall. hist.* 626.
Anagallis fœmina. *Ger. em.* 617. *R. syn.* 282. cœruleo flore. *B. pin.* 252.
Anglis, male & female Pimpernel.
Habitat *in arvis et locis arenosis*, δ *inter* Stockwell *et* Camberwell. ⊙. V--VIII.
Pharmac. Anagallidis maris, *et* fœminis *Herba.*

AZALEA. 211.

Cor. campanulata. *Stamina* receptaculo inſerta. *Caps.* quinquelocularis.

procumbens. 1. AZALEA ramis diffuſo-procumbentibus. *Fl. lapp.* 90. *t.* 6. *f.* 2. *Sp. pl.* 215. *Fl. carn.* 140. *Dan.* 9. *Penn. voy.* 43. *t.* 5.

Azalea caule procumbente foliis ovatis, margine introverſo. *Hall. hiſt.* 666.

Chamæciſtus ſerpyllifolia flore carneo. *Park.* 657. *B. pin.* 466.

Chamæciſtus ſerpyllifolius. *Ger. em.* 1284.

Anglis, procumbent Azalea.

Habitat *in montibus.* Glen Criren, D. Hope, Ben-Croachan Argyleſhire; Ben-more, Bredalbane; *near* Arniſdale, *Pennant's Voy.* ♄. VI. VII.

CONVOLVULUS. 215.

Cor. Campanulata, plicata. *Stigmata* duo. *Caps.* bilocularis: loculis diſpermis.

arvenſis. 1. CONVOLVULUS foliis ſagittatis utrinque acutis, pedunculis unifloris. *Sp. pl.* 218. *Fl. dan.* 459.

Convolvulus foliis ſagittatis, lateſcentibus, petiolis unifloris ſtipulis remotis, ſubulatis. *Hall. hiſt.* 664.

Convolvulus minor vulgaris. *Park.* 171. *R. ſyn.* 275.

Convolvulus minor arvenſis. *B. pin.* 294.

Smilax lævis minor. *Ger. em.* 861. *Dod. purg.* 213.

β Convolvulus arvenſis minimus. *D. Dent. R. ſyn.* 276.

γ Convolvulus flore minimo ad unguem fere ſecto. *R. Syn.* 276.

Anglis, ſmall Bindweed.

Habitat *in arvis et ad vias ubique.* ♃. VI. VII.

ſepium. 2. CONVOLVULUS foliis ſagittatis poſtice truncatis, pedunculis tetragonis unifloris. *Sp. pl.* 218. *Fl. dan.* 458.

Convolvulus foliis ſagittatis, hamis emarginatis angulofis, petiolis unifloris, ſtipulis cordatis maximis. *Hall. hiſt.* 663.

Convolvulus

Convolvulus major albus. *Park.* 163. *B. pin.* 294. *R. ſyn.* 275.
Smilax lævis major. *Ger. em.* 861. *Dod. purg.* 210.
Anglis, great Bindweed.
Habitat *in ſepibus ſubhumidis.* ♃. VII. VIII.

3. CONVOLVULUS foliis reniformibus, pedunculis unifloris. *Sp. pl.* 159. *Fl. Carn.* 142. *Soldanella.*
Convolvulus maritimus Soldanella dicta. *R. ſyn.* 276.
Soldanella marina. *Ger. em.* 838.
Soldanella vulgaris. *Park.* 168.
Soldanella maritima minor. *B. pin.* 295.
Anglis, ſea Bindweed, or Scottiſh Scurvy-graſs.
Habitat *in littoribus maritimis.* ♃. VII. VIII.

POLEMONIUM. 216.

Cor. quinquepartita. *Stam.* ſquamis baſin corollæ claudentibus inſerta. *Stigma* trifidum. *Caps.* trilocularis.

1. POLEMONIUM foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus corollæ tubo longioribus. *Sp. pl.* 230. *Fl. Dan.* 255. *cæruleum.*
Polemonium foliis pinnatis, floribus erectis, elliptico-lanceolatis. *Hall. hiſt.* 665.
Polemonium vulgare cæruleum. *Sch. It.* 460. *Tourn.* 146. *R. ſyn.* 288.
Valeriana cærulea. *B. pin.* 164.
Valeriana græca. *Ger. em.* 1076. *Park.* 122.
Anglis, blue Polemonium, or greek-Valerian.
Habitat *in dumetis infra* Malham-cove. Dr. Richardſon. *R. ſyn.* ♃. VI.

VERBASCUM. 244.

Cor. rotata, ſubinæqualis. *Caps.* bilocularis, bivalvis.

. VERBASCUM foliis decurrentibus utrinque tomentoſis, caule ſimplici. *Sp. pl.* 252. *Hall. hiſt.* 681. *Fl. dan.* 631. *Thapſus.*
Verbaſculum. *Cam. ep.* 878. mas latifolium luteum. *B. pin.* 239. *R. ſyn.* 287.

Verbaſcum

Verbascum album vulgare, sive Thapsus barbatus communis. *Park.* 60.
Thapsus barbatus. *Ger. em.* 773.
Anglis, great Mullein, or High-taper.
Habitat *in locis cretaceis et glareosis.* ♂. VII. VIII.
Pharmac. Verbasci. *Folia.*

Thapsoides. 2. VERBASCUM foliis decurrentibus, caule ramosa. *Sp. pl.* 1670.
Verbascum angustifolium ramosum, flore aureo, folio crassiore. *B. hist. III.* 856.
Verbascum album mas, flore luteo. *Dalech. hist.* 1301.
Verbascum angustius. *Dod. pempt.* 143.
Verbascum foliis viridibus crassioribus. *Hist. Ox. II.* 436.
Anglis, bastard Mullein.
Habitat *in pratis et pascuis cretaceis et arenosis, in comitatu* Cantiano *passim.* ♂. VII. VIII.

Lychnitis. 3. VERBASCUM foliis cuneiformi-oblongis. *Sp. pl.* 253. *Fl. dan.* 586.
Verbascum spica ramosa, foliis ovato-lanceolatis inferioribus petiolatis. *Hall. hist.* 583.
Verbascum Lychnitis Matthioli. *Ger. em.* 775.
Verbascum Lychnitis flore albo parvo. *B. pin.* 240.
Verbascum mas foliis longioribus. *Park.* 60.
Verbascum flore albo parvo. *B. hist. III.* 813. *R. syn.* 287.
β Verbascum pulverulentum flore luteo parvo. *B. hist. III.* 872. *R. syn.* 287.
Anglis, white Mullein.
Habitat *in pratis et pascuis cretaceis et arenosis in agro* Cantiano *frequens*; β *circa mœnia* Nordovici *urbis*; *et ad* Buriam *oppidum. R. syn.* ♂. VII.

nigrum. 4. VERBASCUM foliis oblongo-cordatis petiolatis. *Sp. pl.* 253.
Verbascum foliis imis petiolatis, cordato-lancelatis, superioribus sessilibus, ovatis, acutis. *Hall. hist.* 584.
Verbascum nigrum. *Ger. em.* 775. vulgare. *Park.* 61.
Verbascum nigrum flore ex luteo purpurascente. *B. pin.* 240.

Verbascum

Verbafcum nigrum flore parvo, apicibus purpureis. *B. hiſt. III.* 870. *R. ſyn.* 288.
Anglis, black Mullein.
Habitat *in glareoſis et ad vias; in agro* Cantiano *paſſim.* ♃. VII.

5. VERBASCUM foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis unifloris. *Sp. pl.* 254. *Blattaria.*
Verbafcum fpica rariffima, foliis glabris ferratis, cordato lanceolatis, imis femipinnatis, fuperioribus amplexicaulibus. *Hall. hiſt.* 285.
Blattaria Plinii. *Ger. em.* 776.
Blattaria flore luteo. *Park.* 64.
Blattaria lutea folio oblongo laciniato. *B. pin.* 240.
Blattaria lutea. *B. hiſt. III.* 874. *R. ſyn.* 288.
Anglis, moth Mullein.
Habitat *in glareoſis paſſim. Circa* Plymouth, *et* Afburton *in* Devonia *frequens.* ⊙. VI. VII.

VINCA. 295.

Cor. Contorta. Folliculi duo, erecti. *Sem.* nuda.

1. VINCA caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-ovatis, floribus pedunculatis. *Sp. pl.* 304. *minor.*
Vinca Pervinca minor. *Ger. em.* 894. *R. ſyn.* 268.
Vinca Pervinca vulgaris. *Park.* 380.
Clematis daphnoides minor. *B. pin.* 301.
Pervinca caulibus procumbentibus, foliis ovato-lanceolatis, petiolis unifloris. *Hall. hiſt.* 572.
Anglis, leffer Periwinckle.
Habitat *in ſylvis et ſepibus. ſed rarius.* ♃. V.
Pharmac. Vincæ *Herba.*

2. VINCA caulibus erectis, foliis ovatis, floribus pedunculatis. *Sp. pl.* 304. *major.*
Pervinca caulibus erectis, foliis ovato-lanceolatis ciliatis, petiolis unifloris. *Hall. hiſt.* 573.
Clematis daphnoides major. *B. pin.* 302. *R. ſyn.* 268.
Clematis daphnoides f. Pervinca major. *Ger. em.* 894.
Clematis daphnoides latifolia, f. Vinca Pervinca major. *Park.* 380.
Anglis, greater Periwinckle.

Habitat

Habitat *in ſylvis et ſepibus.* ♃. V. VI.

HYOSCYAMUS. 246.

Cor. infundibuliformis, obtuſa. *Stamina* inclinata. *Capſ.* operculata, bilocularis.

niger. 1. HYOSCYAMUS foliis amplexicaulibus ſinuatis, floribus ſeſſilibus. *Sp. pl.* 257. *Hall. hiſt.* 580.
Hyoſcyamus vulgaris. *B. hiſt. III.* 627. *R. ſyn.* 274.
Hyoſcyamus niger. *Ger. em.* 353. ſ. vulgaris. *B. pin.* 169. *Park.* 362.
Anglis, common Henbane.
Habitat *ad pagos, vias, ruderata.* ☉. VI.
Pharmac. Hyoſcyami *Radix, Herba, Semina.*

DATURA. 245.

Cor. infundibuliformis plicata. *Cal.* tubuloſus, angulatus, deciduus. *Capſ.* quadrivalvis.

Stramonium. *1. DATURA pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. *Sp. pl.* 255. *Fl. dan.* 460.
Stramonium foliis anguloſis, fructu erecto, muricato, calyce pentagono. *Hall. hiſt.* 586.
Stramonium ſpinoſum. *Ger. em.* 349.
Solanum fœtidum, pomo ſpinoſo oblongo, flore albo. *B. pin.* 164.
Solanum pomo ſpinoſo oblongo, flore calathoide, Stramonium vulgo dictum. *R. ſyn.* 266.
Anglis, common Datura, or Thorny Apple.
Habitat *in fimetis, et ruderatis paſſim.* ☉. VII.
Pharmac. Stramonii *Herba.*

SOLANUM. 250.

Cor. rotata. *Antheræ* ſubcoalitæ, apice poro gemino dehiſcentes. *Bacca* bilocularis.

nigrum. 1. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, umbellis nutantibus. *Sp. pl.* 266. *Hall. hiſt.* 576. *Fl. dan.* 460.
Solanum hortenſe. *Ger. em.* 339. ſ. vulgare baccis nigris. *B. hiſt. III.* 608.
Solanum vulgare. *Park.* 346. *R. ſyn.* 264.

Solanum

Solanum officinarum. *B. pin.* 166.

β Solanum hortenſe ſ. vulgare baccis luteis. *B. hiſt. III.* 608.

Anglis, common or garden Nightſhade.

Habitat *in ruderatis et fimetis.* ☉. VI. VII.

Pharmac. Solani Herba, *Fructus.*

2. SOLANUM caule inermi fruteſcente flexuoſo, foliis ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis. *Sp. pl.* 264. *Fl. dan.* 607. *dulcamara.*

Solanum caule flexuoſo, fruteſcente, foliis ſupremis tripartitis et cordato-lanceolatis. *Hall. hiſt.* 576.

Solanum lignoſum ſ. Dulcamara. *Park.* 350. *R. ſyn.* 65. *Blakw.* 34.

Solanum ſcandens ſ. Dulcamara. *B. pin.* 167.

Amara dulcis. *Ger. em.* 350.

β Solanum lignoſum ſ. Dulcamara marina. *R. ſyn.* 265.

Anglis, woody Nightſhade, or Bitter-ſweet.

Habitat *in ſepibus humidis*, β *in littoribus maritimis paſſim.* ♃. VI. VII.

Pharmac. Dulcamaræ *Radix*, *Folia*, *Cortex.*

Obſ. *variat flore albo.* β *foliis hirſutis.*

ATROPA. 248.

Cor. campanulata. *Stamina* diſtantia. *Bacca* globoſa, bilocularis.

1. ATROPA caule herbaceo, foliis ovatis integris. *Sp. pl.* 260. *Belladonna.*

Belladonna. *Cluſ. hiſt. II.* 86. *R. ſyn.* 265. caule herbaceo, brachiato, foliis ovato-lanceolatis integerrimis. *Hall. hiſt.* 579.

Solanum lethale. *Ger. em.* 340. *Park.* 346.

Solanum melanoceraſus. *B. pin.* 166.

Anglis, common Devale or deadly Nightſhade.

Habitat *in ſepibus et ruderatis. In* Chuckſtone, *near* Rocheſter, *about* Fulborn, Cambridgeſhire. Sutton Cofield, Warwickſhire. *R. ſyn. Among the box going down to* Dorking, Surry, Dr. Wilmer. *By the* Park *wall between* Temsford-mills *and* Weilwyn,

wyn, Herts. Dr. Watſon. *Bl. ſpec. bot.* 93. ♃. VI.

*** *Flores monopetali ſuperi.*

SAMOLUS. 221.

Cor. hypocrateriformis. *Stamina* munita ſquamulis corollæ. *Capſ.* unilocularis.

valerandi. 1. SAMOLUS. *Sp. pl.* 243. *Fl. dan.* 148. *Hall.* 707.
Samolus valerandi. *B. hiſt. III.* 791. *R. ſyn.* 283.
Anagallis aquatica rotundo folio non crenato. *B. pin.* 252.
Anagallis aquatica rotundifolia. *Ger. em.* 620.
Anagallis aquatica 3. Lobeli. folio ſubrotundo non crenato. *Park.* 1237.
Anglis, water Samolus or Pimpernel.
Habitat *in paluſtribus*, *in pratis humidis*; *inter* Greenwich *et* Woolwich. ♃. VI.

LONICERA. 232.

Cor. monopetala, irregularis. *Bacca* polyſperma, bilocularis.

periclymenum. 1. LONICERA capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus diſtinctis. *Sp. pl.* 247. *Hall. hiſt.* 673.
Caprifolium Germanicum. *Dod. pempt. R. ſyn.* 458.
Periclimenum. *Ger. em.* 891. *Fuchſ. hiſt.* 646. *ſ.* Caprifolium vulgare. *Park.* 1460.
Periclymenum non perfoliatum germanicum. *B. pin.* 302.
β Periclymenum foliis quernis. *Merr. pin.*
Muscus coronatus minimus, capillaceis foliis, capitulis oblongis. *Hist. Ox. III.* 631. *s.* 15. *t.* 7. *f.* 19.
β. Bryum cirratum, setis et capsulis brevioribus et pluribus. *Dill. musc.* 378. *t.* 48. *f.* 41.
Bryum trichoides erectis sublongis capitulis, extremitatibus per siccitatem stellatis. *R. syn.* 98.
γ. Bryum perangustis et brevissimis foliis, extremitatibus stellatis. *Dill. giss.* 226. *R. syn.* 98.
Anglis, starry Bryum.
Habitat *in sylvis et ericetis montosis.* ♃. III—VII.

tortuosum. 30. BRYUM antheris erectis, foliis setaceis imberbibus arefactione retortis. *Syst. nat.* 702. *Sp. pl.* 1583.
Bryum cirratum, setis et capsulis longioribus. *Dill. musc.* 377. *t.* 48. *f.* 40.
Bryum trichoides longifolium, crassiusculis cauliculis, capitulis erectis aduncis acutis. *R. syn.* 98.
Hypnum foliis subulatis cincinnatis, capsulis cylindricis, longissime ciliatis. *Hall. hist.* 1787. *t.* 45. *f.* 2.
Muscus alpinus cirrhosus s. crinum tortorum instar crispatus. *Sch. it. alp.* 65. *t.* 19. *f.* 5.
Anglis, frizzled Bryum.
Habitat *in ericetis et rupibus montosis.* ♃. VIII.—X.

*** *Antheris nutantibus.*

simplex. 31. BRYUM antheris oblongis nutantibus, foliis subulatis, surculo simplicissimo medio pedunculifero. *Sp. pl.* 1587. *Schreb. spicil.* 81.
Bryum cauliculis cernuis, foliis capillaceis heteromallis, capsulis curvulis cylindricis, operculis conicis. *Hall. hist.* 1808.
Bryum trichoides, capsulis rubris cernuis. *Dill. musc.* 390. *t.* 50. *f.* 59.

Anglis,

Anglis, ſimple Bryum.
Habitat *in locis gramineis arenoſis.* ⊙. III. IV.

32. BRYUM antheris ſubrotundis, pedunculis reflexis, foliis piliferis. *Sp. pl.* 1586. *Weis. crypt.* 201. *pulvinatum.*
Bryum foliis lanceolatis pilo terminatis, capſulis pendulis ovatis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1822.
Bryum orbiculare pulvinatum hirſutie caneſcens, capſulis immerſis. *Dill. muſc.* 395. *t.* 50. *f.* 65.
Bryum trichoides hirſutie caneſcens, capitulis ſubrotundis reflexis, in perbrevibus pediculis. *Dill. giſs.* 226. *R. ſyn.* 100.
Muſcus capillaceus lanuginoſus minimus. *Vaill. paris.* 133. *t.* 29. *f.* 2.
Anglis, grey Bryum.
Habitat *in muris et tectis.* ♃. III. IV.

33. BRYUM antheris nutantibus turbinatis, foliis ſetaceis. *aureum.*
Bryum foliis capillaceis capſulis pyriformibus pendulis. *Hall. hiſt.* 1813. *t.* 45. *f.* 7. operculo breviſſimo rotundata. *Schreb. ſpicil.* 81.
Bryum trichoides aureum, capitulis pyriformibus nutantibus. *Deer. cat. Nottingh. App. Dill. Muſc.* 391. *t.* 50. *f.* 60.
Mnium antheris pendulis turbinatis, ſtipite filiformi, floribus femineis ſetiferis. *Sp. pl.* 1576. pyriforme.
Anglis, golden Bryum.
Habitat *in rupibus Parci* Nottinghamſis. D. Deering. ♃. IV—VI.

34. BRYUM antheris pendulis oblongis, foliis lanceolatis acutis carinatis. *ſericium.*
Bryum foliis lanceolatis ſubulatis, capſulis urceolatis cernuis, operculo conico. *Schreb. ſpicil.* 81.
Bryum trichoides læte virens, capitulis cernuis oblongis. *R. ſyn.* 100. *Dill. muſc.* 391. *t.* 50. *f.* 61.
Anglis, ſilky Bryum.
Habitat *in ericetis montoſis, prope* Woolwich; Dill. *circa* Llanberris. D. Davies. *in monte* Ingleborough *et alibi in comitatu* Eboracenſi. ♃. III—VII.

cæspititium. 35. BRYUM antheris pendulis, foliis lanceolatis, acuminato-setaceis, pedunculis longissimis. *Sp. pl.* 1586.

Bryum pendulum ovatum cæspiticium et pilosum, seta bicolori. *Dill. musc.* 396. *t.* 50. *f.* 66.

Bryum trichoides capitulis reflexis, pediculis ima medietate rubris, summa luteo-virentibus. *R. syn.* 100.

Hypnum foliis ovato-lanceolatis aristatis patulis, capsulis ovatis obtusis pendulis. *Hall. hist.* 1790. *Weis. crypt.* 203.

Muscus trichoides, capitulo parvo reflexo, pediculo ima medietate rubro, summa luteo-viridi. *Hist. Ox. III.* 629. *s.* 15. *t.* 6. *f.* 15.

Muscus capillaceus minimus, capitulo nutante, pediculo purpureo. *Vaill. paris.* 134. *t.* 29. *f.* 7.

Anglis, matted Bryum.

Habitat *in muris et glareosis.* ♃. III. IV.

capillare. 36. BRYUM antheris pendulis, foliis ovatis setiferis carinatis, pedunculis longissimis. *Sp. pl.* 1586.

Bryum foliis latiusculis congestis, capsulis longis nutantibus. *Dill. musc.* 398. *t.* 50. *f.* 67.

Bryum capitulis reflexis, foliis latiusculis congestis. *Dill. giss.* 227. *R. syn.* 100.

Hypnum foliis ovato-lanceolatis aristatis, capsulis ovatis pendulis, operculis conicis. *Hall. hist.* 1791. *Weis. crypt.* 205.

Muscus capillaris, foliis latiusculis congestis, capitulis longis reflexis. *Hist. Ox. III.* 629. *s.* 15. *t.* 6. *f.* 19.

Muscus capillaceus major, capitulis crassioribus cylindraceis nutantibus. *Vaill. paris.* 134. *t.* 24. *f.* 6.

Anglis, capillary Bryum.

Habitat *in sylvis, ericetis, solo glareoso.* ♃. IV. V.

Obs. *nimis affinis præcedenti.*

hygrometricum. 37. BRYUM antheris nutantibus turbinatis, calyptra tetragona, foliis ovatis conniventibus.

Bryum bulbiforme aureum, calyptra quadrangulari, capsulis pyriformibus nutantibus. *Dill. musc.* 407. *t.* 52. *f.* 75.

Bryum

Bryum aureum, capitulis reflexis pyriformibus, calyptra quadrangulari, foliis in bulbi formam congeftis. *R. fyn.* 101.
Mnium acaule anthera nutante, calyptra reflexa tetragona. *Sp. pl.* 1575. *Weis. crypt.* 147.
Mnium foliis ovato-lanceolatis conniventibus, capfulis ovatis reflexis. *Hall. hift.* 1852.
Mufcus capillaris f. Adiantum aureum minus. *Ger. em.* 1559.
Polytrichon aureum minus. *Park.* 1052.
Anglis, yellow Bryum.
Habitat *in fylvis, ericetis, hortis et ad femitas.* ☉. III—V.

38. BRYUM antheris pendulis, furculis cylindricis imbricatis lævibus. *Sp. pl.* 1586. *Weis. crypt.* 199. *argenteum.*
Bryum caulibus teretibus, capfulis ovatis acuminatis pendulis. *Hall. hift.* 1821.
Bryum pendulum julaceum argenteum et fericeum. *Dill. mufc.* 392. *t.* 50. *f.* 62.
Bryum capitulis fubrotundis reflexis, cauliculis teretibus argenteis. *Dill. gifs.* 226. *R. fyn.* 100.
Mufcus minimus e viridi argenteus, capitulis oblongis. *Hift. Ox. III.* 629. *f.* 15. *t.* 6. *f.* 17.
β. Bryum pendulum furculis teretibus viridibus. *Dill. mufc.* 314. *t.* 50. *f.* 69.
Anglis, filver Bryum.
Habitat *in muris, tectis, apricis et rupibus.* ♃. X—II.

39. BRYUM antheris pendulis fubglobofis, foliis acutis alternis. *Sp. pl.* 1587. *carneum.*
Bryum foliis lanceolatis rarioribus, capfulis ovatis pendulis. *Hall. hift.* 1834. *t.* 45. *f.* 6.
Bryum lanceolatum pellucidum, capfulis rotundis pendulis carneis. *Dill. mufc.* 400. *t.* 50. *f.* 69.
Bryum nitidum, foliis ferpylli pellucidis anguftioribus, reflexis capitulis, carnei coloris. *R. fyn.* 102.
β. Bryum nitidum peranguftis ferpyllinis pellucidis foliis, reflexis capitulis fubrotundis virentibus, longioribus pediculis infidentibus. *R. fyn.* 102.
Anglis, fhining Bryum.
Habitat *in pafcuis, et locis udis.* ♃. III. IV.

40. BRYUM

alpinum. 40. BRYUM antheris pendulis oblongis, foliis imbricatis ovatis acutis carinatis, surculis ramosis, axillis pedunculiferis. *Fl. Angl.* 415. *Lin. Mant.* 309.
Bryum hypnoides pendulum sericeum, coma insigni atro-rubente. *Dill. musc.* 394. *t.* 50. *f.* 64.
Anglis, alpine Bryum.
Habitat *in rupibus tenui terra tectis, prope* Castellum *quoddam dirutum, non longe a* Llanberris. Dill. *et in boreali parte Britanniæ.* ♃. IV—VI.

annotinum. 41. BRYUM antheris nutantibus oblongis, pedunculis subradicalibus, foliis ovatis acuminatis pellucidis.
Bryum annotinum lanceolatum pellucidum, capsulis oblongis pendulis. *Dill. musc.* 399. *t.* 50. *f.* 68.
Mnium foliis ovatis acuminatis pellucidis, pedunculis radicalibus, anthera nutante. *Sp. pl.* 1576. *Weis. crypt.* 151.
Anglis, wood Bryum.
Habitat *in sylvis et umbrosis humidis.* ♃. III. IV.

triquetrum. 42. BRYUM antheris pendulis oblongis, foliis trifariis patulis subulato-lanceolatis carinatis, surculis ramosis.
Bryum annotinum palustre, capsulis ventricosis pendulis. *Dill. musc.* 404. *t.* 51. *f.* 72.
Bryum nitidum foliis serpylli angustioribus, majus. *Dill. giss.* 228. *R. syn.* 102.
Mnium foliis trifariis patulis subulato-lanceolatis carinatis. *Sp. pl.* 1578.
Mnium caulibus prælongis rubiginosis, foliis ovato-lanceolatis, capsulis ovato pendulis. *Hall. hist.* 1849.
Muscus capillaris major et elatior, capitulis longis et obtusis deorsum reflexis et veluti pendulis præaltis pediculis rubris. *Hist. Ox. III.* 629. *s.* 15. *t.* 6. *f.* 20.
β. Bryum lanceolatum bymum, setis et capsulis longis pendulis. *Dill. musc.* 405. *t.* 51. *f.* 73.
Bryum nitidum foliis serpylli pellucidis angustis, capitulis tumidis nutantibus, præaltis pediculis e surculis annotinis egredientibus. *R. syn.* 102.

Mnium

Mnium caulibus rubiginosis, foliis lanceolatis alternis, capsulis pendulis pyriformibus obtusis. *Hall. hist.* 1847.

γ. Bryum palustre complicatum rubens capsulis turbinatis pendulis. *Dill. musc.* 406. *t.* 51. *f.* 74.

Bryum nitidum rubens, capitulis reflexis, foliis angustis pellucidis, cauliculis proliferis. *R. syn.* 102.

Anglis, triangular Bryum.

Habitat *in paludibus turfosis et palustribus.* ♃. IV. V.

43. BRYUM antheris pendulis oblongis, calyptra recurvata, foliis ovatis acutis pellucidis, surculis simplicissimis. *crudum.*

Bryum pendulum hornum molle, foliis et lanceolatis et gramineis. *Dill. musc.* 401. *t.* 50. *f.* 70.

Mnium antheris pendulis, calyptra recurvata, foliis pellucidis. *Sp. pl.* 1576.

Anglis, transparent Bryum.

Habitat *in sylvis et locis humidis in* Cambria. Dill. *in sylvis circa* Rydall *in comitatu* Westmorlandico. ♃. IV—VI.

44. BRYUM antheris nutantibus oblongis, pedunculo curvato, foliis lanceolatis serrulatis. *hornum.*

Bryum stellare hornum sylvarum, capsulis magnis nutantibus. *Dill. musc.* 402. *t.* 51. *f.* 71.

Bryum nitidum, capitulis majoribus reflexis, calyptra imum virgente, pediculis oblongis e cauliculis novis egredientibus. *R. syn.* 102.

Mnium antheris pendulis, pedunculo curvato, surculo simplici, foliolis margine scabris. *Sp. pl.* 1576.

β. Bryum nitidum foliis serpilli angustioribus, medium. *Dill. giss.* 228. *R. syn.* 103.

Muscus polytrichoides humilior, foliis brevioribus raris, pallide viridentibus et vix pellucidis. *Hist. Ox. III.* 630. *s.* 15. *t.* 6. *f.* 3.

Anglis, swan's neck Bryum.

Habitat *in sylvis et umbrosis humidiusculis.* ♃. IV. V.

45. BRYUM

serpyllifolium. 45. BRYUM antheris pendulis oblongis, pedunculis subaggregatis, foliis patentibus pellucidis.
Mnium pedunculis aggregatis, foliis patentibus pellucidis. *Sp. pl.* 1577.

punctatum. Mnium pedunculis aggregatis, foliis obovatis integerrimis obtusis punctatis. *Sp. pl.* 1577. *Weis. crypt.* 153.
Mnium foliis ovatis integerrimis, capsulis pendulis ovatis aristatis. *Hall. hist.* 1845.
Bryum pendulum serpyllifolio rotundiore pellucido, capsulis ovatis. *Dill. musc.* 416. *t.* 53. *f.* 81.
Bryum nitidum serpylli rotundis et latioribus foliis pellucidis. *R. syn.* 103.
Muscus polytrichoides palustris major, serpylli latiore folio pellucido. *Hist. Ox. III.* 627. *f.* 15. *t.* 6. *f.* 39.
β. Bryum pendulum serpylli folio longiore pellucido, capsulis oblongis cuspidatis. *Dill. musc.* 416. *t.* 53. *f.* 80.

cuspidatum. γ. Mnium pedunculis aggregatis, foliis alternis acutis serratis. *Sp. pl.* 1577. *Weis. crypt.* 155.
Mnium foliis ovato-lanceolatis confertis serratis, capsulis nutantibus obtusis. *Hall. hist.* 1841.
Bryum pendulum, foliis variis pellucidis, capsulis ovatis. *Dill. musc.* 413. *t.* 53. *f.* 79.

proliferum. δ. Mnium pedunculis aggregatis, foliis rosaceo-congestis lanceolatis acutis. *Sp. pl.* 1578.
Bryum stellare roseum majus, capsulis ovatis pendulis. *Dill. musc.* 411. *t.* 52. *f.* 77.
Bryum roseum majus, foliis oblongis. *R. syn.* 92.
Muscus coronatus humilis, foliolis latioribus stellatim nascentibus donatus. *Hist. Ox. III.* 630. *f.* 15. *t.* 7. *f.* 9.
ε. Bryum stellare roseum pendulum minus, capsulis et setis longioribus. *Dill. musc.* 412. *t.* 52. *f.* 78.
Bryum roseum minus, foliis subrotundis. *R. syn.* 92.
Muscus parvus stellaris. *B. pin.* 361. *Ger. em.* 1563. *Park.* 1308.

undulatum. ζ Mnium pedunculis aggregatis, foliis oblongis undulatis. *Sp. pl.* 1578.

Bryum

Bryum dendroides polycephalon phyllitidis folio undulato pellucido, capſulis ovatis pendulis. *Dill. muſc.* 410. *t.* 52. *f.* 76.
Bryum nitidum foliis oblongis undulatis, capitulis cernuis arbuſculam referens. *R. ſyn.* 103.
Muſcus ad polytrichoidon accedens ramoſus, foliis longis lucidis et veluti criſpis. *Hiſt. Ox. III.* 630. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 1.
Anglis, thyme-leaved Bryum.
Habitat *in ſylvis et ericetis humidiuſculis.* ♃. IV.

HYPNUM. 1195.

Maſc. *Anthera* operculata. *Calyptra* lævis. *Filamentum* ortum e perichætio.
Fem. *Piſtila* ſolitaria, ex alis foliorum, nudæ plumulæ.

* *Frondibus pinnatis.*

1. HYPNUM fronde ſimpliciſſima pinnata lanceolata apice pedunculifera. *Sp. pl.* 1588. *Weis. crypt.* 217. *Fl. Dan.* 473. *f.* 1. *bryoides.*
Hypnum foliis planis pinnatis, parium ſeptem, ſetis ex ſummitate. *Hall. hiſt.* 1776.
Hypnum taxiforme exiguum, verſus ſummitatem capſuliferum. *Dill. muſc.* 262. *t.* 34. *f.* 1.
Hypnum repens filicifolium non ramoſum, pediculis brevibus verſus foliorum ſummitatem egredientibus. *R. ſyn.* 88.
Muſcus polytrichoides, exiguis capitulis in extremis cauliculis ſ. foliis, ſubrotundis erectis. *Hiſt. Ox. III. ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 11. *Vaill. paris.* 136. *t.* 24. *f.* 13.
Anglis, dwarf Hypnum.
Habitat *in umbroſis et ad ſepes.* ⊙. II—V.

2. HYPNUM fronde ſimpliciſſima pinnata lanceolata baſi pedunculifera. *Sp. pl.* 1587. *Weis. crypt.* 216. *Fl. dan.* 473. *f.* 2. *taxifolium.*
Hypnum foliis planis pinnatis, parium duodecim, ſetis radicalibus. *Hall. hiſt.* 1775.
Hypnum taxiforme minus, baſi capſulifera. *Dill. muſc.* 263. *t.* 34. *f.* 2.

Hypnum

Hypnum repens filicifolium non ramofum, pediculis brevioribus ad radicem egredientibus. *R. fyn.* 88.
Mufcus pennatus, capitulis adiante. *Vaill. paris.* 136. *t.* 2. *f.* 11.
Anglis, yew-leaved Hypnum.
Habitat *in fylvis et umbrofis.* ♃. II—V.

adiantoides. 3. HYPNUM fronde pinnata ramofa erecta medio pedunculifera. *Sp. pl.* 1588.
Hypnum foliis planis, pinnarum paribus quadraginta. *Hall. hift.* 1774.
Hypnum taxiforme paluftre ramofum, majus et erectum. *Dill. mufc.* 264. *t.* 34. *f.* 3.
Hypnum erectum filicifolium ramofum, pinnulis acutis. *R. fyn.* 87.
Mufcus taxiformis ramofus. *Vaill. paris.* 136. *t.* 28. *f.* 5.
Anglis, upright Hypnum.
Habitat *in paludofis et ericetis humidis.* ♃. III. IV.

fylvaticum. 4. HYPNUM fronde pinnata ramofa decumbente, foliolis acutis medio pedunculifera. *Fl. Angl.* 419. *Lin. Mant. II.* 310. *Schreb. fpicil.* 87.
Hypnum denticulatum pinnatum, pinnis fimplicibus rectioribus. *Hall. hift.* 1773.
Hypnum denticulatum pinnatum, pinnulis fimplicibus rectioribus. *Dill. mufc.* 267. *t.* 34. *f.* 6.
Hypnum repens filicifolium ramofum pedunculis et capitulis longioribus e foliorum alis egredientibus, foliolis utrinque fimplicibus. *R. fyn.* 88.
Anglis, wood Hypnum.
Habitat *in fylvis ad arborum radices.* ♃. IV. V.

denticulatum. 5. HYPNUM fronde pinnata fimplici, pinnis duplicatis bafi pedunculifera. *Sp. pl.* 1588. *Schreb. fpicil.* 86.
Hypnum foliis laxis pinnatis ovato-lanceolatis ariftatis retroverfis. *Hall. hift.* 1772.
Hypnum denticulatum pinnatum, pinnulis duplicatis recurvis. *Dill. Mufc.* 266. *t.* 34. *f.* 5.
Hypnum repens filicifolium non ramofum pediculis et capitulis

capitulis longioribus ad radicem egredientibus, foliolis utrinque duplicatis. *R. syn.* 88.
Muscus pennatus denticulatus minor. *Vaill. paris.* 137. *t.* 29. *f.* 8.
Anglis, dented Hypnum.
Habitat *in sylvis et umbrosis humidis et ad truncos arborum.* ♃. III. IV.

6. HYPNUM fronde pinnata ramosa: foliolis imbricatis aculis complicatis compressis. *Sp. pl.* 1588. *Weis. crypt.* 218. *complanatum.*
Hypnum caule disticho, foliis ovatis planis, capsulis ovatis aristatis. *Hall. hist.* 1771.
Hypnum pennatum compressum et splendens, capsulis ovatis. *Dill. musc.* 268. *t.* 34. *f.* 7.
Hypnum repens filicifolium ramosum, ramulis compressis et magis complanatis. *R. syn.* 87.
Muscus trichomanoides filicifolius splendens. *Vaill. paris.* 139. *t.* 23. *f.* 4.
β. Hypnum pennatum trichomanoides splendens et ramosum. *Dill. musc.* 269. *t.* 34. *f.* 8.
Hypnum erectum filicifolium ramosum, pinnulis obtusis. *R. syn.* 87.
Anglis, flat Hypnum.
Habitat *ad arborum truncos frequens.* ♃. III. IV.

** *Surculis vagis.*

7. HYPNUM surculis ramosis, frondibus subpinnatis, foliolis punctatis. *Sp. pl.* 1589. *lucens.*
Hypnum pennatum aquaticum lucens, longis latisque foliis. *Dill. musc.* 270. *t.* 34. *f.* 10.
Hypnum repens filicifolium ramosum, foliolis majoribus magisque crebris. *R. syn.* 88.
Anglis, shining Hypnum.
Habitat *in sylvis et umbrosis udis.* ♃. IV—VI.

8. HYPNUM surculis ramosis, frondibus subpinnatis, foliolis undulatis complicatis. *Sp. pl.* 1589. *Weis. crypt.* 220. *undulatum.*
Hypnum pennatum undulatum, lycopodii instar sparsum. *Dill. musc.* 271. *t.* 36. *f.* 11.

Hypnum caule plano, foliis diſtichis ovatis rugoſis nitidis, operculo conico. *Hall. hiſt.* 1770.

Hypnum repens criſpum, cauliculis compreſſis, lycopodii in morem per terram ſparſis. *R. ſyn.* 88.

Anglis, waved Hypnum.

Habitat *in ſylvis, umbroſis et rupibus humidis.* ♃. III. IV.

criſpum. 9. HYPNUM ſurculis ramoſis, frondibus ſubpinnatis: foliolis undulatis planis. *Sp. pl.* 1589. *Weis. crypt.* 221.

Hypnum caule plano, foliis diſtichis ovatis nitidis, tranſverſim undulatis operculis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1769. *t.* 46. *f.* 5.

Hypnum pennatum undulatum criſpum, ſetis et capſulis brevibus. *Dill. muſc.* 273. *t.* 36. *f.* 12.

Hypnum repens criſpum, ramulis compreſſis, filicinorum more diſpoſitis. *R. ſyn.* 80.

Muſcus terreſtris major, ramulis compreſſis, foliis ſuperficie criſpis. *Hiſt. Ox. III.* 625. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 10.

Anglis, curled Hypnum.

Habitat *in ſylvis, ericetis, rupibus, et nemoroſis cretaceis frequens. Prope* Graveſend *copioſe.* R. ſyn. ♃. III. IV.

triquetrum. 10. HYPNUM ramis vagis recurvis, foliis ovatis recurvatis patulis. *Sp. pl.* 1589. *Weis. crypt.* 222.

Hypnum foliis hiſpidis ovato-lanceolatis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1729.

Hypnum vulgare triangulum maximum et pallidum. *Dill. muſc.* 293. *t.* 38. *f.* 28.

Hypnum repens triangularibus majoribus et pallidioribus foliis. *Dill. giſs.* 219. *R. ſyn.* 80.

Muſcus ſquamoſus major ſ. vulgaris. *Vaill. paris.* 137. *t.* 28. *f.* 9.

Anglis, triangular Hypnum.

Habitat *in ſylvis et paſcuis ſterilibus.* ♃. IX—I.

rutabulum. 11. HYPNUM ramis vagis ſubrepentibus, foliolis ovatis mucronatis imbricatis. *Sp. pl.* 1589. *Weis. crypt.* 224.

Hypnum

Hypnum foliis ovato-lanceolatis patulis ſtriatis breviter ariſtatis, operculis conicis. *Hall. hiſt.* 173.
Hypnum dentatum vulgatiſſimum, operculis obtuſis. *Dill. muſc.* 295. *t.* 38. *f.* 29.
Hypnum repens triangularibus anguſtioribus foliis. *R. ſyn.* 80.
Muſcus myoſuroides, rutabuli fructu. *Vaill. paris.* 27. *f.* 8.
Muſcus erectus major, foliis anguſtioribus acutis. *Vaill. paris. t.* 23. *f.* 2.
β Hypnum paluſtre erectum breve, foliis brevibus anguſtis tenuibus confertis. *R. ſyn.* 83.
γ Hypnum *ſtriatum*, ramis vagis recurvis, foliis ovatis lineatis acutis undique patentibus, operculis cuſpidatis. *Schreb. ſpicil.* 91.
Hypnum vulgare dentatum, operculis cuſpidatis. *Dill. muſc.* 297. *t.* 38. *f.* 30.
Hypnum repens triangularibus minoribus foliis, pediculis et capitulis brevioribus et tumidioribus, minus. *R. ſyn.* 80.
δ Hypnum *ruſcifolium*, ſurculo repente, ramis imbricatis ſetiferis, foliis carinatis, capitulo ſubrotundo, incurvo acuminato. *Neck. meth. muſc.* 181.
Hypnum foliis ovato-lanceolatis acutiſſimis, operculis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1731. *Weis. crypt.* 225.
Hypnum foliis ruſciformibus, capſulis ſubrotundis. *Dill. muſc.* 298. *t.* 38. *f.* 31.
Anglis, toothed Hypnum.
Habitat *in ſylvis, ericetis et ſepibus.* ♃. IX—XII.

12. HYPNUM ſurculis vagis ramoſiſſimis, ramis filiformibus teretiuſculis, antheris obliquis. *Fl. angl.* 421. *Mant. II.* 308. *filiforme.*
Hypnum ſurculo ramoſiſſimo decumbente, ramis teretibus, capitulis erectis acutis. *Neck. meth. muſc.* 179.
Hypnum ſurculis ramoſiſſimis: ramis rectis teretibus multifloris, capſulis erectis. *Schreb. ſpicil.* 97.
Hypnum foliis peranguſtis, filo terminatis, capſulis inclinatis breviter ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1755.
Hypnum ſericeum ramoſius et tenuius, capſulis acuminatis. *Dill. muſc.* 327. *t.* 42. *f.* 62.

Hypnum repens trichoide terreſtre, priori viridius et minus, capitulis cernuis minus tumidis. *R. ſyn.* 84.
Anglis, filiforme Hypnum.
Habitat *in arborum truncis.* ♃. II.

*** *Surculis pinnatis.*

filicinum. 13. HYPNUM ſurculis pinnatis: ramulis diſtantibus foliis imbricatis incurvis acutis ſecundis. *Sp. pl.* 1590. *Neck. delic. gallob.* 470.
Hypnum caulibus pinnatis, pinnis diſtantibus alterne longioribus, ex apice confertis, foliis cincinnatis. *Hall. hiſt.* 1766.
Hypnum repens filicinum criſpum. *R. ſyn.* 85. *Dill. muſc.* 282. *t.* 136. *f.* 19.
Muſcus filicinus paluſtris. *Vaill. paris.* 138. *t.* 29. *f.* 9.
β Hypnum repens filicinum, trichoides paluſtre. *R. ſyn.* 85. *Dill. muſc.* 286. *t.* 35. *f.* 21.
γ Hypnum repens trichoides paluſtre vernum fuſcum capitulis oblongis incurvis. *R. ſyn.* 85.
Anglis, bog Hypnum.
Habitat *in paluſtribus et ad fontes.* ♃. III.

compreſſum. 14. HYPNUM ſurculis pinnatis compreſſis, foliis mucronatis incurvis, antheris erectiuſculis. *Fl. angl.* 423. *Lin mant. II.* 310.
Hypnum ramis pinnatis, pinnis ramoſis, foliis cincinnatis. *Hall. hiſt.* 1767.
Hypnum filicinum ſericeum molle et pallidum mucronibus aduncis. *Dill. muſc.* 286. *t.* 36. *f.* 22.
Anglis, compreſſed Hypnum.
Habitat *in ſylvis ad arborum truncos; in ſylva prope* Tottenham *non longe a* Londino. *Dill.* III. IV.

criſta caſtrenſis. 15. HYPNUM ſurculis pinnatis: ramulis approximatis apicibus recurvis. *Sp. pl.* 1595. *Weis. crypt.* 233.
Hypnum foliis pinnatis, pinnis ſimplicibus æqualibus foliis cincinnatis. *Hall. hiſt.* 1768.
Hypnum filicinum, criſtam caſtrenſem repræſentans. *Dill. muſc.* 284. *t.* 36. *f.* 20.

2 Muſcus

Muſcus terreſtris repens ſubflavus, foliolis criſpis minoribus, ramuliſque denſius confertis. *Hiſt. Ox. III.* 625. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 12. *Vaill. par.* 141. *t.* 27. *f.* 14.
Anglis, creſted Hypnum.
Habitat *in ſylvis et locis ſaxoſis; et collibus cretaceis frequens.* ♃. III. IV.

16. HYPNUM ſurculis proliferis, plano-pinnatis, pedunculis aggregatis. *Sp. pl.* 159. *Weis. crypt.* 230. *proliferum.*
Hypnum ramis teretibus pinnatis, pinnulis pinnatis, foliis adpreſſis. *Hall. hiſt.* 1764.
Hypnum filicinum, tamariſci foliis minoribus, non ſplendentibus. *Dill. muſc.* 276. *t.* 35. *f.* 14.
Hypnum repens filicinum minus, luteo-virens. *Dill. giſs.* 217. *R. ſyn.* 86.
Muſcus filicinus major. *Hiſt. Ox. III.* 625. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 20. *Vaill. paris.* 140. *t.* 25. *f.* 1.
Anglis, proliferous Hypnum.
Habitat *in ericetis et ſylvis.* ♃. III.

17. HYPNUM ſurculis plano-pinnatis continuatis, pedunculis aggregatis. *Sp. pl.* 1590. *Weis. crypt.* 232. *parietinum.*
Hypnum caule ſubereсto flexuoſo, ramis teretibus pinnatis, pinnulis pinnatis, operculis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1765.
Hypnum filicinum, tamariſci foliis majoribus ſplendentibus. *Dill. muſc.* 274. *t.* 35. *f.* 13.
Hypnum repens filicinum, veluti ſpicatum. *R. ſyn.* 86.
Muſcus filicinus major. *Hiſt. Ox. III.* 625. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 20. *Buxb. cent. II.* 2. *t.* 1. *f.* 2.
Muſcus filicinus flaveſcens major ramoſus. *Vaill. paris.* 140. *t.* 29. *f.* 1. et *t.* 28. *f.* 1.
Anglis, wall Hypnum.
Habitat *in ſylvis, ericetis et umbroſis.* ♃. II.

18. HYPNUM ſurculis ſubpinnatis decumbentibus: ramulis remotis, foliolis ovatis, antheris cernuis. *Sp. pl.* 1591. *Weis. crypt.* 235. *Neck. delic. gallob.* 471. *prælongum.*
Hypnum foliis diſtichis lanceolatis pilo terminatis, capſulis ovatis inclinatis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1758.

 Hypnum

Hypnum repens filicinum, triangularibus parvis foliis, prælongum. *R. fyn.* 80 .*Dill. mufc.* 278. *t.* 35. *f.* 15.
Mufcus filicinus minor. *Vaill. paris.* 140. *t.* 23. *f.* 9.
Anglis, trailing Hypnum.
Habitat *in arborum truncis, lignis putrefcentibus et terris udis.* ♃. XI—II.

abieti-num. 19. HYPNUM furculis pinnatis teretiufculis remotis inæqualibus. *Sp. pl.* 1591. *Weis. crypt.* 236.
Hypnum ramis duris teretibus, foliis appreffis ovato-lanceolatis pilo ariftatis. *Hall. hift.* 1762.
Hypnum lutefcens, alis fubulatis tenacibus. *Dill. mufc.* 280. *t.* 35. *f.* 17.
Hypnum repens filicinum trichoides montanum, ramulis teretibus lutefcentibus non divifis. *R. fyn.* 86.
Mufcus terreftris furculis filamentofis tenacibus abietinis, femel tantum divifis. *Hift. Ox. III.* 626. *f.* 15. *t.* 5. *f.* 22.
Mufcus pennatus minor, caulibus ramofis, in fummitate velut fpicatus. *Vaill. paris. t.* 29. *f.* 12.
Anglis, firr Hypnum.
Habitat *in nemorofis aridis et collibus cretaceis paffim; circa* Northfleet *copiofe.* ♃. III.

**** *Foliis reflexis.*

cupreffi-forme. 20. HYPNUM furculo fubpinnato, foliis fecundis recurvis apice fubulatis. *Sp. pl.* 1592. *Weis. crypt.* 1737. *Fl. dan.* 535.
Hypnum caule compreffo, foliis imbricatis falcatis pilo ariftatis. *Hall. hift.* 1737.
Hypnum crifpum cupreffiforme, foliis aduncis. *Dill. mufc.* 287. *t.* 32. *f.* 23.
Hypnum repens crifpum cupreffiforme. *R. fyn.* 89.
Mufcus terreftris aureus minor, flagellis clavifque brevibus. *Hift. Ox. III.* 624. *f.* 15. *t.* 5. *f.* 8.
Mufcus fquamofus ramofus, minor et crifpus. *Vaill. paris.* 139. *t.* 27. *f.* 13.
β Hypnum repens trichoides terreftre, foliolis uno verfu difpofitis. *R. fyn.* 85.
Anglis, cyprefs Hypnum.

Habitat.

Habitat *in sylvis et ad arborum radices.* ♃. II. III.

21. HYPNUM surculo erectiusculo subramoso, foliis secundis recurvis subulatis, ramis recurvatis. *Sp. pl.* 1592. *Weis. crypt.* 240. *aduncum.*
Hypnum caule erecto, foliis falcatis pilo aristatis, operculis conicis. *Hall. hist.* 1736.
Hypnum palustre erectum summitatibus aduncis. *R. syn.* 82. *Dill. musc.* 292. *t.* 37. *f.* 26.
Anglis, hooked Hypnum.
Habitat *in palustribus.* ♃. IV—VIII.

22. HYPNUM ramis vagis procumbentibus recurvis, foliis secundis acuminatis. *Sp. pl.* 1593. *scorpioides.*
Hypnum scorpioides palustre magnum, Lycopodii instar sparsim. *Dill. musc.* 290. *t.* 37. *f.* 25.
Anglis, scorpion Hypnum.
Habitat *in palustribus turfosis*; *prope* Bishops-castle *in agro* Salopiensi *et circa* Pentir, *prope* Bangor. Dill. *prope* Norwich. D. Pitchford, *in septentrionali parte* Angliæ *passim.* ♃. XI—IV.

23. HYPNUM surculis repentibus, ramis vagis teretibus, foliis patulis acuminatis. *Sp. pl.* 1592. *Weis. crypt.* 241. *viticulosum.*
Hypnum foliis lanceolatis crispis, capsulis erectis, operculo conico. *Hall. hist.* 1739.
Hypnum subhirsutum, viticulis gracilibus erectis, capsulis teretibus. *Dill. musc.* 307. *t.* 39. *f.* 43.
Hypnum repens trichoides arboreum majus, capsulis et surculis erectis, minus ramosis. *R. syn.* 85.
Muscus montanus, flagellis longis tenuibus cupressinis, ut plurimum indivisis. *Hist. Ox. III.* 624. *f.* 15. *t.* 5. *f.* 7.
Muscus squamosus, viticulis longioribus glabris. *Vaill. paris.* 137. *t.* 23. *f.* 1.
Anglis, cylindric Hypnum.
Habitat *in arborum stipitibus et ericetis. in collibus cretaceis inter* Northfleet *et* Gravesend *in* Cantio. Dill. III IV.

paluſtre. 24. HYPNUM ſurculis repentibus, ramis confertis erectis, foliis ovatis ſecundis, antheris erectiuſculis. *Fl. angl.* 429. *Sp. pl.* 1593.

Hypnum foliis ovato-lanceolatis falcatis, capſulis ovatis. *Hall. hiſt.* 1738.

Hypnum heterophyllum aquaticum polycephalum repens. *Dill. muſc.* 293. *t.* 37. *f.* 27.

Hypnum repens filicifolium ramoſum, ramulis ſurrectis et minus complanatis. *R. ſyn.* 87.

Anglis, marſh Hypnum.

Habitat *ad arborum radices et in ſaxoſis udis. ad ripam* Thameſis *prope* Batterſeam. ♃. I—IV.

ſquarroſum. 25. HYPNUM ramis vagis, foliis ovatis apice ſubulatis undique reflexis. *Sp. pl.* 1593. *Weis. crypt.* 242. *Fl. dan.* 535.

Hypnum foliis patulis ſubulatis, operculis conicis. *Hall. hiſt.* 1732.

Hypnum repens triangularibus reflexis foliis, majus. *R. ſyn.* 82. *Dill. muſc.* 303. *t.* 39. *f.* 38.

Muſcus terreſtris erectior, foliis reflexis. *Hiſt. Ox. III.* 624. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 2.

β Hypnum foliis cincinnatis, patulis reflexis. *Hall. hiſt.* 1733.

Hypnum repens triangularibus reflexis foliis, minus. *R. ſyn.* 82. *Dill. muſc.* 304. *t.* 39. *f.* 39.

Anglis, common Hypnum.

Habitat *in pratis et paſcuis humidis.* ♃. III—VI.

loreum. 26. HYPNUM ſurculis repentibus, ramis vagis erectis, foliis ſecundis, antheris ſubrotundis. *Sp. pl.* 1593. *Weis. crypt.* 244.

Hypnum loreum montanum, capſulis ſubrotundis. *Dill. muſc.* 305. *t.* 39. *f.* 40.

Hypnum repens, ſurculis magis erectis, foliis reflexis longioribus cinctis, operculo capituli magno. *R. ſyn.* 82.

Muſcus terreſtris vulgaris. *Ger. em.* 1370. alter. *Park.* 306.

Muſcus repens major, foliis et flagellis longis et tenuibus

nuibus donatus. *Hist. Ox. III.* 626. *s.* 15. *t.* 5. *f.* 24.
Muscus squamosus major, foliis angustioribus acutissimis. *Vaill. paris.* 138. *t.* 25. *f.* 2.
Anglis, spreading Hypnum.
Habitat *in ericetis et pascuis montosis.* ♃. IV.

***** *Surculis dendroidibus.*

27. HYPNUM surculo erecto, ramis fasciculatis terminalibus simpliciusculis, antheris erectis. *Sp. pl.* 1593. *Weis. crypt.* 245. *dendroides.*
Hypnum caule nudo inclinato, ramis teretibus confertis, capsulis erectis aristatis. *Hall. hist.* 1747.
Hypnum dendroides sericeum, setis et capsulis longioribus erectis. *Dill. musc.* 313. *t.* 46. *f.* 48.
Hypnum erectum arbusculam referens, ramulis subrotundis confertim nascentibus. *R. syn.* 81.
Muscus dendroides elatior, ramulis crebris minus surculosis, capitulis pedunculis brevibus insidentibus. *Hist. Ox. III.* 626. *s.* 15. *t.* 5. *f.* 31.
Anglis, tree Hypnum.
Habitat *in sylvis et nemorosis humidis.* ♃. II. III.

28. HYPNUM surculo erecto, ramis fasciculatis terminalibus subdivisis, antheris nutantibus. *Sp. pl.* 1594. *Weis. crypt.* 246. *alopecurum.*
Hypnum caule nudo confertim ramoso, ramis et capsulis inclinatis aristatis. *Hall. hist.* 1748.
Hypnum dendroides obscurius, setis et capsulis brevioribus, subnutantibus. *Dill. musc.* 315. *t.* 41. *f.* 49.
Hypnum palustre erectum arbusculam referens, ramulis subrotundis. *Dill. giss.* 220. *R. syn.* 81.
Muscus dendroides sylvarum erectus, ramulis kali æmulis, radice repente. *Hist. Ox. III.* 626. *s.* 15. *t.* 5. *f.* 30.
Muscus squamosus alopecuroides, flagellis recurvis. *Vaill. paris.* 123. *t.* 23. *f.* 5.
Anglis, fox-tail Hypnum.
Habitat *in sylvis et umbrosis humidis.* ♃. IV.

****** *Surculis teretiusculis.*

curtipendulum. 29. HYPNUM surculis vagis teretibus, foliis ovatis acutis patulis, antheris pendulis. *Sp. pl.* 1594. *Weis. crypt.* 248.

Hypnum ramis teretibus, foliis ovato-lanceolatis pilo aristatis, capsulis ovatis pendulis, operculis aristatis. *Hall. hist.* 1740.

Hypnum dentatum curtipendulum, viticulis rigidis. *Dill. musc.* 333. *t.* 43. *f.* 69.

Hypnum arboreum repens, capsulis reflexis brevibus pediculis insidentibus. *R. syn.* 89.

Anglis, pendulous Hypnum.

Habitat *ad radices arborum et in locis saxosis.* ♃. II—IV.

purum. 30. HYPNUM surculis pinnato-sparsis subulatis, foliis ovatis obtusis capsulis obliquis. *Sp. pl.* 1594. *Weis. crypt.* 249.

Hypnum ramis teretibus, foliis ovato-lanceolatis, setis prælongis, capsulis inclinatis aristis. *Hall. hist.* 1743.

Hypnum cupressiforme vulgare, foliis obtusis. *Dill. musc.* 309. *t.* 40. *f.* 45.

Hypnum terrestre erectum, ramulis teretibus, foliis inter rotunda et acuta medio modo se habentibus. *Dill. giss.* 220. *R. syn.* 81.

Muscus squamosus, cupressiformis. *Vaill. paris.* 138. *t.* 28. *f.* 3.

β Hypnum ramis teretibus, foliis ovato-lanceolatis setis prælongis, capsula crassa, operculo conico. *Hall. hist.* 1742.

Hypnum cupressiforme tenuius et compressius. *Dill. musc.* 312. *t.* 40. *f.* 47.

Hypnum longum erectum, foliis angustis caulibus adpressis. *R. syn* 83.

Anglis, meadow Hypnum.

Habitat *in pascuis, pratis et sylvis.* ♃. II.

illecebrum. 31. HYPNUM surculis ramisque vagis teretibus erectiusculis obtusis. *Sp. pl.* 1594. *Schreb. spicil.* 95.

Hypnum foliis ovato-lanceolatis concavis, ramis teretibus. *Hall. hist.* 1744.

9 Hypnum

Hypnum cupressiforme rotundius vel illecebræ æmulum. *Dill. musc.* 311. *t.* 40. *f.* 46.
Hypnum terrestre erectum, ramulis teretibus, foliis subrotundis albo-virentibus cinctis. *R. syn.* 81.
Muscus terrestris, surculis kali geniculati aut illecebræ æmulis foliolis subrotundis squamatim incumbentibus. *R. syn. ed.* 11. 37. *Hist. Ox. III.* 626. *Vaill. paris.* 137. *t.* 25. *f.* 7.
Anglis, glass-wort Hypnum.
Habitat *in ericetis, nemorosis, et pascuis humidiusculis.* ♃. III. IV.

32. HYPNUM surculis teretibus ramosis, foliis acutis patulis distantibus. *Sp. pl.* 1595. *Weis. crypt.* 250. *riparium.*
Hypnum ramis teretibus et pinnatis, foliis ovato-lanceolatis pilo terminatis, setis caulinis brevibus. *Hall. hist.* 1746.
Hypnum aquaticum, flagellis et teretibus et pennatis. *Dill. musc.* 308. *t.* 40. *f.* 44.
Hypnum ramosum fluitans pennatum. *R. syn.* 81.
Anglis, water Hypnum.
Habitat *in muris et saxosis humidis ad ripas fluviorum et in fluviis.* ♃. IX—IV.

33. HYPNUM surculis vagis: apice foliis convolutis acuminatis. *Sp. pl.* 1595. *Weis. crypt.* 251. *cuspidatum.*
Hypnum foliis ovato-lanceolatis, ramis teretibus, supremis conicis acuminatis. *Hall. hist.* 1741.
Hypnum palustre extremitatibus cuspidatis et pungentibus. *Dill. musc.* 300. *t.* 39. *f.* 34.
Hypnum repens palustre, foliis triangularibus per caules expansis, extremitatibus convolutis et acuminatis. *Dill. giss.* 219. *R. syn.* 82.
Anglis, pointed Hypnum.
Habitat *in palustribus pascuis et sylvis udis.* ♃. III—V.

****** *Surculis confertis.*

34. HYPNUM surculo repente, ramis confertis erectis, foliis subulatis, antheris erectis. *Sp. pl.* 1595. *Weis. crypt.* 254. *sericeum.*

Hypnum

Hypnum ramis teretibus, foliis pilo præpilatis, capſulis cylindricis erectis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1750.

Hypnum vulgare ſericeum recurvum, capſulis erectis cuſpidatis. *Dill. muſc.* 323. *t.* 42. *f.* 59.

Hypnum repens trichoides terreſtre luteo-virens vulgare majus, capitulis erectis. *R. ſyn.* 84.

Muſcus terreſtris luteo-viridis ſericeus repens. *R. ſyn. ed. II.* 38. *Hiſt. Ox. III.* 626. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 25.

Muſcus arboreus ſplendens ſericeus. *Vaill. paris.* 123. *t.* 27. *f.* 3.

plumoſum. β Hypnum ſurculis pinnatis repentibus, ramis confertis, foliis imbricatis ſubulatis, antheris erectis. *Fl. angl.* 423. *Sp. pl.* 237. *Weis. crypt.* 237.

Hypnum repens filicinum plumoſum. *R. ſyn.* 86. *Dill. muſc.* 280. *t.* 35. *f.* 16.

luteſcens. γ Hypnum ſurculis vagis procumbentibus, foliis ſubulatis antheris obliquis. *Fl. angl.* 421.

Hypnum caulibus teretibus, foliis pilo terminatis, capſulis obliquis ariſtatis. *Hall. hiſt.* 1753.

Hypnum ſericeum, ſurculis longioribus et rectioribus, capſulis incurvis. *Dill. muſc.* 325. *t.* 42. *f.* 60.

Anglis, ſilky Hypnum.

Habitat *in muris, truncis arborum et paſcuis, γ in collibus cretaceis inter* Northfleet *et* Graveſend. ♃. I—IV.

velutinum. 35. HYPNUM ſurculo repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, antheris ſubnutantibus. *Sp. pl.* 1595. *Weis. crypt.* 255. *Fl. dan.* 475.

Hypnum ramis teretibus, foliis pilo terminatis, capſulis ovatis inclinatis mucronatis. *Hall. hiſt.* 754.

Hypnum velutinum, capſulis ovatis cernuis. *Dill. muſc.* 326. *t.* 42. *f.* 61.

Hypnum repens trichoides terreſtre viridius minus, capitulis tumidioribus cernuis. *R. ſyn.* 84.

Muſcus ſquamoſus ramoſus tenuior, capitulis incurvis. *Vaill. paris.* 138. *t.* 26. *f.* 9.

β Hypnum repens trichoides terreſtre minimum et breve, capitulis tumidioribus cernuis. *R. ſyn.* 84.

Anglis, velvet Hypnum.

Habitat *ad radices arborum et ſepes, et in umbroſis.* ♃. II. III.

36. HYPNUM

36. HYPNUM surculis repentibus, ramis filiformibus, foliis obliteratis. *Sp. pl.* 1596. *Weis. crypt.* 257. *serpens.*
Hypnum caulibus prostratis, foliis minimis pilo terminatis, capsulis cylindricis erectis mucronatis. *Hall. hist.* 1756.
Hypnum trichoides serpens, setis et capsulis longis erectis. *Dill. musc.* 329. *t.* 42. *f.* 64.
Hypnum repens trichoides terrestre minimum, capitulis majusculis oblongis erectis. *R. syn.* 85.
Muscus terrestris omnium minimus, capitulis majusculis, erectis. *Hist. Ox. III.* 626. *s.* 15. *t.* 5. *f.* 14. 21. *Vaill. paris.* 139. *t.* 28. *f.* 2, 6, 7, 8.
Anglis, creeping Hypnum.
Habitat *in sepibus, et lignis putridis, et ad radices arborum.* ♃. III. IV.

37. HYPNUM surculis erectis ramosis incurvatis. *Sp. pl.* 1596. *Weis. crypt.* 258. *sciuroides.*
Hypnum caulibus teretibus ramosis, foliis adpressis pilo aristatis, operculis conicis. *Hall. hist.* 1749.
Hypnum arboreum sciuroides. *Dill. musc.* 319. *t.* 41. *f.* 54.
Hypnum trichoides erectum, ramulis recurvis, obscuri coloris. *R. syn.* 83.
Muscus repens, serici modo lucens, viticulis longioribus erectis. *Hist. Ox. III.* 626. *s.* 15. *t.* 5. *f.* 27.
Muscus arboreus splendens myosuroides. *Vaill. paris. t.* 27. *f.* 12.
Anglis, squirrel-tail Hypnum.
Habitat *in truncis arborum.* ♃. II—IV.

38. HYPNUM surculis ramosissimis, ramis subulatis utrinque attenuatis teretibus. *Sp. pl.* 1596. *Weis. crypt.* 259. *myosuroides.*
Hypnum ramis teretibus, foliis pilo terminatis, capsulis ovatis inclinatis mucronatis. *Hall. hist.* 1752.
Hypnum myosuroides tenuius, capsulis nutantibus. *Dill. musc.* 317. *t.* 41. *f.* 51.
Hypnum polyanthon triangularibus angustis foliis. *R. syn.* 83.

Muscus

Muſcus trichoides humilis ramoſus, capitulis oblongis tumidiuſculis donatus. *Hiſt. Ox. III.* 628. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 3.

Muſcus ſquamoſus minor, myoſuroides, capitulis incurvis. *Vaill. paris.* 137. *t.* 27. *f.* 6.

β Hypnum myoſuroides craſſius, capſulis erectis. *Dill. muſc.* 316. *t.* 41. *f.* 50.

Hypnum repens triangularibus anguſtis foliis, ramulis ſubrotundis. *R. ſyn.* 83.

γ Hypnum myoſuroides brevius et craſſius, capſulis cernuis. *Dill. muſc.* 318. *t.* 41. *f.* 52.

δ Hypnum myoſuroides ſericeum tenuius, capſulis erectis. *Dill. muſc.* 318. *t.* 41. *f.* 53.

Anglis, mouſe-tail Hypnum.

Habitat *in ſylvis, ſaxoſis et muris.* ♃. I—IV.

ornithopoides. 39. HYPNUM ſurculis repentibus, ramis faſciculatis teretibus erectiuſculis, antheris erectis ovatis. *Fl. angl.* 430. *Lin. mant.* 310.

Hypnum gracile ornithopoides. *Dill. muſc.* 320. *t.* 41. *f.* 55.

Anglis, birds-foot Hypnum.

Habitat *in truncis arborum et rupibus paſſim. in Fagis in ſaltu* Enfieldienſi *copioſe; ad ſaxa per campos elatos* Grey-weathers *dictos.* S. Brewer. ♃. II—IV.

clavellatum. 40. HYPNUM repens, ramulis erectis confertiſſimis, antheris incurvis, operculis inflexis. *Sp. pl.* 1596?

Hypnum ſurculo repente, ramis contiguis teretibus erectis duplo ſeta brevioribus, capitulo incurvo acuminato. *Neck. meth. muſc.* 176.

Hypnum clavellatum parvum repens, ſetis brevibus. *Dill. muſc.* 551. *t.* 81. *f.* 17.

Anglis, club Hypnum.

Habitat *in ramis mortuis et truncis arborum paſſim.* ♃. XII—II.

ALGÆ.

A L G Æ.

JUNGERMANNIA. 1169.

Masc. Pedunculatus nudus. *Anthera* quadrivalvis.
Fem. Sessilis nudus, seminibus subrotundis.

* *Frondibus pinnatis secundis.*

1. JUNGERMANNIA frondibus simpliciter pinnatis, foliolis ovatis subciliatis. *Sp. pl.* 1597. *Weis. crypt.* 110. *asplenoides.*
Jungermannia foliis pinnatis subrotundis serratis, ex apice floriferis. *Hall. hist.* 1868.
Lichenastrum asplenii facie, pinnis laxioribus. *Dill. musc.* 482. *t.* 69. *f.* 5.
β Lichenastrum asplenii facie, pinnis confertioribus. *Dill. musc.* 483. *t.* 69. *f.* 6.
Lichenastrum trichomanis facie, capitulis e foliorum summitate enascentibus, majus. *R. syn.* 112.
Muscus trichomanoides, foliis rotundioribus pellucidis, squamatim conjuncte sibi incumbentibus. *Hist. Ox. III.* 627. *f.* 15. *t.* 6. *f.* 42.
Hepaticoides polytrichi facie. *Vaill. paris.* 99. *t.* 19. *f.* 7.
Anglis, spleenwort Jungermannia.
Habitat *in sylvis et umbrosis udis.* ♃. II—IV.

2. JUNGERMANNIA frondibus simpliciter pinnatis, foliolis subulatis. *Sp. pl.* 1597. *viticulosa.*
Jungermannia foliis pinnatis subrotundis, ex caule florifera. *Hall. hist.* 1869.
Jungermannia terrestris, viticulis longis, foliis perexiguis, densissimis, ex rotunditate acuminatis. *Mich. gen.* 8. *t.* 5. *f.* 4.
Lichenastrum trichomanis facie, e basi et medio florens. *Dill. musc.* 484. *t.* 69. *f.* 7.
Lichenastrum capitulis nudis, trichomanis facie, foliolis densius congestis majus. *R. syn.* 111.
Anglis, straggling Jungermannia.

Habitat *in sylvis et umbrosis humidis*; *in comitatu* Eboracensi. D. Richardson. *circa* Slingfoldiam *in* Sussexia. ♃. III. IV.

multiflora. 3. JUNGERMANNIA frondibus simpliciter pinnatis basi floriferis, foliolis setaceis.

Jungermannia fronde repente ramosa, foliolis alternis geminis setaceis æqualibus. *Lin. mant. II.* 310.

Lichenastrum multiflorum exile, foliis angustissimis. *Dill. musc.* 481. *t.* 69. *f.* 4.

Anglis, many-flowered Jungermannia.

Habitat *in sylvula collis* Shooter's-hill *dicti*, *prope* Londinum. Dill. III.

polyanthos. 4. JUNGERMANNIA frondibus simpliciter pinnatis, foliolis integerrimis imbricatis convexis. *Sp. pl.* 1597. *Weis. crypt.* 113.

Jungermannia foliis pinnatis ovatis ex caule florifera. *Hall. hist.* 1870.

Jungermannia palustris repens, foliis densissimis ex rotunditate acuminatis. *Mich. gen.* 8. *t.* 5. *f.* 5.

Lichenastrum trichomanis facie, polyanthemum breve et repens. *Dill. musc.* 486. *t.* 70. *f.* 9.

Anglis, imbricated Jungermannia.

Habitat *in sylvis et umbrosis humidis et ad ripas rivulorum.* ♃. III. IV.

lanceolata. 5. JUNGERMANNIA frondibus simpliciter pinnatis lanceolatis apice floriferis, foliolis integerrimis. *Sp. pl.* 1597. *Weis. crypt.* 114.

Jungermannia foliis pinnatis ovatis confertis ex apice floriferis. *Hall. hist.* 1871.

Jungermannia palustris minima repens, foliis subrotundis densissimis læte viridibus. *Mich. gen.* 8. *t.* 5. *f.* 6.

Lichenastrum trichomanis facie minus, ab extremitate florens. *Dill. musc.* 486. *t.* 70. *f.* 10.

Lichenastrum capitulis nudis, trichomanis facie, foliolis densius congestis, minus. *R. syn.* 112.

Anglis, lanceolate Jungermannia.

Habitat *in umbrosis humidis.* II. III.

6. JUNGER-

6. JUNGERMANNIA frondibus ſimpliciter pinnatis apice floriferis, foliolis bidentatis. *Sp. pl.* 1598. *crypt.* 15. *bidentata.*
Jungermannia foliis diſtichis bicuſpidatis, ſummis ramis globuliferis. *Hall. hiſt.* 1865.
Jungermannia major repens, foliis bifidis. *Mich. gen.* 8. *t.* 5. *f.* 12.
Lichenaſtrum pinnulis acutioribus et concavis bifidis. *Dill. muſc.* 487. *t.* 70. *f.* 11.
Lichenaſtrum trichomanis facie, foliolis bifidis majus. *R. ſyn.* 113.
Hepaticoides polytrichi facie, foliis bifidis. *Vaill. paris.* 99. *t.* 19. *f.* 8.
Muſcus lichenoides, foliis pennatis bifidis, minor. *Hiſt. Ox. III.* 627. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 47.
Anglis, bifid Jungermannia.
Habitat *in ſylvis et ericetis humidiuſculis.* X—XII.

7. JUNGERMANNIA frondibus ſimpliciter pinnatis apice floriferis, theca oblonga inflata, foliolis bifidis apicibus obtuſis. *inflata.*
Lichenaſtrum pinnulis obtuſioribus bifidis, minus. *Dill. muſc.* 488. *t.* 70. *f.* 12.
Anglis, inflated Jungermannia.
Habitat *in ſylvis et ericetis humidis.* XI—III.

8. JUNGERMANNIA frondibus ſimpliciter pinnatis, medio floriferis, foliolis bidentatis. *Sp. pl.* 1598. *Weis. crypt.* 117. *bicuſpidata.*
Jungermannia foliis bifidis, ex medio caule crebro florifera. *Hall. hiſt.* 1878.
Jungermannia minima repens, foliis bifidis, vagina florum cylindracea. *Mich. gen.* 9. *t.* 6. *f.* 17.
Lichenaſtrum pinnulis acutiſſime bifidis, minimum. *Dill. muſc.* 488. *t.* 70. *f.* 13.
Lichenaſtrum trichomanis facie, foliolis bifidis. *Dill. giſs.* 213. *R. ſyn.* 113.
Anglis, forked Jungermannia.
Habitat *in umbroſis et ſylvis humidis.* ♃. III. IV.

9. JUNGERMANNIA fronde pinnata ramoſa apice florifera, *quinquedentata.*

florifera, foliolis quinquedentatis. *Fl. angl.* 433. *Sp. pl.* 1598.

Lichenaſtrum multifidum majus, ab extremitate florens. *Dill. muſc.* 494. *t.* 71. *f.* 23.

Lichenaſtrum trichomanis facie, foliolis multifidis, capitulis e ſummis ramulis naſcentibus. *R. ſyn.* 113.

Muſcoides terreſtre repens, ex obſcuro vireſcens, foliis ſuperioribus inferioribuſque ad apicem dentatis. *Mich. gen.* 10. *t.* 6. *f.* 2.

Anglis, toothed Jungermannia.

Habitat *in ſylvis et umbroſis udis, in comitatu* Eboracenſi. D. Richardſon. ♃. IV.

** *Frondibus pinnatis: pinnulis auriculatis ſuperne tectis.*

undulata. 10. JUNGERMANNIA frondibus ſuprabipinnatis apice floriferis, foliolis ſubrotundis integerrimis. *Sp. pl.* 1598. *Weis. crypt.* 120.

Lichenaſtrum pinnulis auriculatis majoribus et non crenatis. *Dill. muſc.* 490. *t.* 71. *f.* 17.

Hepatica ſaxatilis undulata ſeminifera. *Vaill. paris. t.* 19. *f.* 6.

Anglis, waved Jungermannia.

Habitat *in umbroſis.* ♃. III. IV.

nemoroſa. 11. JUNGERMANNIA frondibus ſupra bipinnatis apice floriferis, foliolis ciliatis. *Sp. pl.* 1598. *Weis. crypt.* 121.

Jungermannia foliis bipartitis, auriculatis imbricatis ſupremis punctiferis. *Hall. hiſt.* 1859.

Jungermannia nemoroſa, foliis acutioribus auritis, tenuiſſime denticulatis, flore inſidente pediculo breviore. *Mich. gen.* 7. *t.* 5. *f.* 8.

Lichenaſtrum auriculatum, pinnis minoribus crenatis. *Dill. muſc.* 490. *t.* 71. *f.* 18.

Anglis, wood Jungermannia.

Habitat *in ſylvis et umbroſis udis; in comitatu* Weſtmorlandico. ♃. III. IV.

reſupinata. 12. JUNGERMANNIA frondibus ſupra bipinnatis inferne

inferne floriferis, foliolis crenulatis imbricatis rotundis. *Sp. pl.* 1599.
Lichenastrum auriculatum, pinnulis rotundis, crispum. *Dill. musc.* 491. *t.* 71. *f.* 19.
Lichenastrum trichomanis facie, capitulis foliorum summitate enascentibus, medium. *R. syn.* 112.
Anglis, curled Jungermannia.
Habitat *in fissuris rupium et ericetis turfosis.* ♃. IV.

13. JUNGERMANNIA frondibus supra bipinnatis apice floriferis, foliolis linearibus recurvatis. *Sp. pl.* 1599. *Weis. crypt.* 122. *albicans.*
Lichenastrum auriculatum, pinnulis angustis planis recurvis. *Dill. musc.* 492. *t.* 71. *f.* 20.
Lichenastrum trichomanis facie, capitulis e foliorum summitate enascentibus minus. *R. syn.* 112.
Hepaticoides albescens, foliis pinnatis. *Vaill. paris.* 57. *t.* 19. *f.* 5.
Anglis, white Jungermannia.
Habitat *in sylvis et umbrosis udis.* ♃. III. IV.

14. JUNGERMANNIA frondibus subtus bipinnatis, foliolis quadratis obsolete trilobatis. *Sp. pl.* 1599. *Weis. crypt.* 118. *trilobata.*
Jungermannia caulibus convexis, foliis descendentibus imbricatis tridentatis. *Hall. hist.* 1866.
Jungermannia foliis latiusculis obtusis undulatis et veluti angulosis. *Mich. gen.* 7. *t.* 5. *f.* 10.
Lichenastrum pinnulis obtuse trifidis nervo geniculato. *Dill. musc.* 493. *t.* 71. *f.* 22.
Anglis, trifid Jungermannia.
Habitat *in montibus* Cambrobritannis. *in monte* Crib y ddiscil. *prope* Llanberris. ♃. III. IV.

15. JUNGERMANNIA frondibus subtus bipinnatis apice reptantibus, foliolis quadridentatis. *Sp. pl.* 1599. *Weis. crypt.* 119. *reptans.*
Jungermannia minima ramosa, polyanthos, foliis imbricatis trifidis. *Hall. hist.* 1879.
Lichenastrum multifidum exiguum ad basin florens

per ficcitatem imbricatam. *Dill. mufc.* 494. *t.* 71. *f.* 24.
Lichenaftrum trichomanis facie foliolis multifidis, capitulis ex imis cauliculis nafcentibus. *R. fyn.* 113.
Anglis, creeping Jungermannia.
Habitat *in umbrofis humidis.* ♃. IV.

*** *Frondibus imbricatis.*

complanata. 16. JUNGERMANNIA furculis repentibus, foliolis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis æqualibus. *Sp. pl.* 1599. *Weis. crypt.* 124.
Jungermannia foliis rotundis, alterne imbricatis, caule plano multifloro, fetis breviffimis. *Hall. hift.* 1860.
Jungermannia foliis cincinnatis auritis, imbricatim difpofitis, ex viridi flavefcentibus. *Mich. gen.* 7. *t.* 5. *f.* 21.
Lichenaftrum imbricatum majus, fquamis compreffis et planis. *Dill. mufc.* 496. *t.* 72. *f.* 26.
Lichenaftrum imbricatum majus. *R. fyn.* 111.
Anglis, flat Jungermannia.
Habitat *in arborum truncis frequens.* ♃. IV.

dilatata. 17. JUNGERMANNIA furculis repentibus, foliolis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis apice latioribus. *Sp. pl.* 1600. *Weis. crypt.* 126.
Jungermannia foliis imbricatis alternis orbiculatis, fetis breviffimis. *Hall. hift.* 1874.
Lichenaftrum imbricatum minus, fquamis convexo-concavis. *Dill. mufc.* 497. *t.* 72. *f.* 27.
Lichenaftrum imbricatum minus. *R. fyn.* 111.
Hepaticoides furculis et foliolis thuyæ inftar compreffis, minor. *Vaill. paris.* 99. *t.* 19. *f.* 10.
Anglis, fcaly Jungermannia.
Habitat *ad truncos arborum.* ♃. III. IV.

tamarifcifolia. 18. JUNGERMANNIA foliis imbricatis ferie duplici, fuperioribus fubrotundis convexis obtufis quadruplo-majoribus. *Sp. pl.* 165. *Weis. crypt.* 129.

Junger-

Jungermannia foliis imbricatis rotundis, ſuperne alternis convexis, inferne quadrifariis. *Hall. hiſt.* 1873.
Lichenaſtrum imbricatum tamariſci narbonenſis facie. *Dill. muſc.* 499. *t.* 72. *f.* 31.
Anglis, tamariſk Jungermannia.
Habitat *in truncis arborum et rupibus.* ♃. III.

19. JUNGERMANNIA ſurculis procumbentibus ſubtus imbricatis, foliolis cordatis acutis. *Sp. pl.* 1600. *platyphylla.*
